Isidorus Ethimolog. xx





NB. Fragmenty rachunków, nalepione na tę okładkę (por. Wisłocki, Kat. rkps. str. 154) zostały zdjęte w styczniu 1933 r. i oprawione w osobny ms. pod sygn.

K. D.

Iste liber Beati ysidori ethymologiarum datus est ... [illegible] ... in Cracovia
per Magistrum Johannem de ... me... [illegible]
[illegible]

Ysydorus Ethymologiarum

IN NOMINE DOMINI
NOSTRI IHESU CHRISTI. INCI
PIUNT CAPITU
LA LIBRI PRIORIS
DE GRAMMATI
CA. ET QUAN
DO UIS ALIQU
IT QUERERE IN
LIBRO ISTO ETHI
MOLOGIARUM.
PRIUS IN ISTIS
CAPITULIS QUE
RE. ET POSTEA
ACCEDE AD LIB
RUM. ET SINE MOR
A REPPERIES QU
OD UOLUERIS.

Quarta

ITEM CAPITULA DE LIBRO QUARTO.



ITEM IN LIBRO QUO SUPRA.



ITEM IN LIBRO QUO SUPRA DE TEMPORIBUS.

xii De discretione temporum. Prima etas. Secunda aetas. Tertia aetas. Quarta aetas. Quinta aetas. Sexta aetas.

Quint⁹ ITEM CAPITULA DE LIBRO QUINTO DE SCIS SCRIPTURIS.

i De nouo et ueteri testamento.
ii De scriptoribus et uocabulis scorum librorum.
iii De bibliotecis.
iiii De cartis & pergamenis.
v De canonibus euangeliorum.
vi De canonibus conciliorum.
vii De cyclo paschali.
viii De reliquis festiuitatibus.
viiii De officiis.

Sext⁹ ITEM CAPIT DE LIBRO SEXTO.

i De deo.
ii De filio dei.
iii De spu sco.
iiii De eadem trinitate.
v De angelis. — qui acceperunt
v vi De hominibus qui quoddam presagio nomina
vi vii De patriarchis.
vii viii De prophetis.
viii viiii De apostolis.
x De reliquis in euangelio nominibus.
xi De martyribus.
xii De clericis.
xiii De monachis.
xiiii De ceteris fidelium nominibus.
xv De ecclesia & synagoga. 1/7
xvi De religione & fide.

vii ITEM CAPITULA DE LIBRO SEPTIMO.

i De heresi et scismate.
ii De heresibus iudeorum.
iii De heresibus xpianorum.
iiii De philosophis gentium.
v De poetis.
vi De sibillis.
vii De magis.
viii De paganis.
viiii De diis gentium.

ITEM CAPITULA DE LIBRO OCTAVO. Octauus

i De linguis gentium.
ii De gentium uocabulis.
iii De regnis militieque uocabulis.
iiii De ciuibus.
v De affinitatibus et gradibus.
vi De agnatis et cognatis.
vii De coniugiis.

ITEM CAPITULA DE LIBRO NONO. Nonus

i De reliquis nominibus iuxta ordinem elementorum litterarum.

ITEM CAPITULA DE LIBRO DECIMO. Decimus

i De homine et partibus eius.
ii De etatibus hominis.
iii De portentis.
iiii De transformatis.

ITEM CAPITULA DE LIBRO UNDECIMO. Undecimus

i De pecoribus & iumentis.
ii De bestiis.
iii De minutis animantibus.
iiii De serpentibus.
v De uermibus.
vi De piscibus.
vii De auibus.
viii De minutis uolatilibus.

ITEM CAPITULA DE LIBRO DUODECIMO. Duodecimus

i De mundo.
ii De athomis.
iii De elementis.

ITEM IN LIBRO QUO SUPRA.

i De celo. et ornatu eius
ii De partibus celi
iii De ~~circulis~~ celi (uentis) — Nota ~~hic desunt ... completa ...~~

De aere et nube.
De tonitruo.
De fulminibus
De arcu et nubium effectibus
~~De uentis.~~

ITEM IN LIBRO QVO SVPRA.

i De aquis.
ii De diuersitate aquarum.
iii De maris nomine.
iiii De oceano.
v De mediterraneo mari.
vi De sinibus maris.
vii De estibus et fretis.
viii De lacis et stagnis.
viiii De abysso et reliquis aquarũ nominibus.
x De luminibus.
xi De diluuiis.

ITEM IN LIBRO QVO SVPRA.

i De terra.
de forma ii De orbe.
iii De asia et partibus eius.
iiii De europa et partibus eius.
v De libia et eius partibus.
vi De insulis et promunctoriis.
vii De montib; ceterisq; terre uocabulis.
viii De inferioribus terre.

xvi ITEM CAP̄ DE LIBRO TERTIO DEC[...]MO.

i De ciuitatibus.
ii De edifitiis publicis.
iii De habitaculis.
iiii De edifficiis sacris.
v De repositoriis.
vi De operariis.
vii De aditibus.
viii De partibus edifitiorum.
viiii De munitionibus.
x De tentoriis.
xi De sepulchris.
xii De edificiis rusticis.
xiii De agris.
xiiii De finibus agrorum.
xv De itineribus.

ITEM CAP̄ DE LIBRO QVARTO DECIMO. xvii

i De pulueribus et glebis terre.
ii De glebis ex aquis.
iii De lapidibus uulgaribus.
iiii De lapidibus insignioribus.
v De marmoribus.
vi De gemmis.
vii De uiridibus gemmis.
viii De rubris gemmis.
viiii De purpureis.
x De candidis.
xi De nigris.
xii De uariis.
xiii De cristallinis.
xiiii De aureis.
xv De uitro.
xvi De metallis.
xvii De auro.
xviii De argento.
xviiii De aere.
xx De ferro.
xxi De plumbo.
xxii De stagno.
xxiii De electro.
xxiiii De ponderibus.
xxv De mensuris.
xxvi De signis ponderum.

ITEM CAP̄ DE LIBRO QVINTO DECIMO. xviii

i De auctoritatib; rerũ rusticarum.
ii De cultura agrorum.
iii De frumentis.
iiii De leguminibus.
v De uicibus.
vi De arboribus.
vii De propriis nominib; arborum.
viii De arboribus aromaticis.
De herbis aromatib; siue communibus.

x De ho leribus.
xi De odo ratis holeribus.

xvi ITEM CAP DE LIBRO SEXTODEC DE BELLIS.



ITEM IN LIBRO QUO SUP DE SPECTACULIS.



ITEM IN LIBRO QUO SUP DE LUDO CIRCENSI.



ITEM IN LIBRO QUO SUP DE LUDO SENICO.



ITEM IN LIB QUO SUP DE LUDO GLADIATORIO.



ITEM IN LIBRO QUO SUPRA DE ALEA.



ITEM IN LIBRO SEPTIMO DECIMO. xvii

EPISTOLA YSIDORI EPI. AD BRAULIANEM EPISCORUM.

DOMINO MEO ET DEI SERVO BRAULIONI EPISCOPO YSIDORUS.

Omni desiderio desideraui nunc faciē tuā. & utinã aliquando impleret deus uotũ meũ. ante quã moriar. Ad psens autē depcor. ut comendes me dō orationib; tuis. ut et in hac uita spem meā impleat. & in futura beatitudinis tuę consortiũ mihi concedat. et manu sua. Ora pro nobis beatissime domine pater.

BRAULIO AD YSIDORUM.

DOMINO MEO ET VERE DOMINO XPI QUE ELECTO YSIDORO EPISCOPORV̄ SUMMO. BRAULIO SERVUS INUTILIS SANCTORUM.

O pie domine & uirorũ pręstantissime. sera est inquisitio. & tarde datū mihi scribendi optio. quia peccatis meis ingruentib; n̄ modo sterilitatis uel inopię malo. uerũ etiam luis & hostilitatis q̄ minus inquirerē. horribili sum ppeditus incursu. Nunc autē et simille necessitatib;

mille curis attritus. post longū miseriç
tempus. uelut ab inmpbi soporis ut ita dix
erim grauedine suscitatus. istius meç sug
gestionis affatibus dependere psumo sa
lutis obsequiū. et cordis et corporis hu
militate pstratus. inprecans excellentis
sima tuç beatitudinis potestate. ut
peculiarem famulū. quē pio illo sacrç
dignationis intuitu semp habuisti sus
ceptum. usq; infinē habere iubeas com
mdatū. Nam ego xpe nouit graui dolo
re discrutior. quod emenso tempore tam
plixo. uel nunc urm n̄mereor uidere
conspectū. Sed spero inillū qui n̄obliuis
citur misereri. nec repellit infinē. quia
exaudiet pcem pauperis. & uro me mise
rum repsentat aspectui. Suggero sane
& omnimoda supplicatione deposco. ut li
brū ethymologiarū quē iam fauente
dno audiuim consūmatū. pmissionis urç
memores. seruo uro dirigere iubeatis.
Quia ut mihi sū conscius. magna ibi ex
parte serui tui postulatione sudasti.
Et ideo inme primū existe munificus.
si insco͡rū cętib. et felix habearis & pmi.
Gesta etiam synodi inquo sint harius
examinis. uri igne & sinpurificat. inue
nitur tam decoctus. quęso ut uro in
stinctū afilio uro domno rege nobis
dirigat cito. Nam & nra eius sic flagita
uit glam suggestio. quia multū incon
cilio pinuestiganda opus ē ueritate.
De cetero creatoris altissimi pietatem ef
flagito. ut coronā beatitudinis urç pro
integritate fidei & statu ecclę suę lon
go tempore pcipiat cseruare. meq; int
oblatrantia psentis mundi uaria et in
numerabilia discrimina munitum reddat
tuç intercessionis gra. ac reconditū ingre
mio memoriç tuç. tutū ab omī tempestate
peccati. oratu uro efficiat trinitas sacra
tissima. et manu sua. Ego seruus dni braulio
ysidoro. indno fruar te lucerna ardens
et non marcescens.

ITEM YSIDORVS AD BRAVLIONEM.

DOMINO MEO ET DEI SERVO BRAULIONI EPO YSIDORVS.

Quia te incolomem cognoui. gras xpo
egi. & utinā cuī cognoui salutē. in
hoc corpore cernerē et uisione. Quid
autē mihi euenit pceccatis meis manifes
tabo. quia n̄fui dignus tua plegere eloqa.
Statim enī ut accepi pitacium tuū. pu
er regius adme uenit. dedi cubiculario
meo illud pitacium. et cfestim ambulaui
adpncipem. ut postea plegerem & re
scriberem. Reuersus depalatio regis n̄
solū scripta tua n̄ inueni. sed etiam et
quicquid aliud incartis fuit periit.
Sed rogo ut quęcuq; occasio uenerit. re
scribe mihi. & gram uerbi tui n̄ aufe
ras. ut qd exmeo delicto pdidi. iterum
gra tua recipiā. et manu sua. Ora p
nobis beatissime domine.

DOMINO MEO ET VERE DOMINO XPIQUE ELECTO YSIDORO EPISCOPORUM SUMMO BRAULIO SERVUS INUTILIS SANCTORUM.

Solet repleri letitia homo interior
ac spiritalis. cū inqsitione fungitur
amantis. Obid uelle meū ē mi domine
reuerentissime. nisi culparū mache
ria mearū obsistat. et benigne te inq
sitione meā amplectere. et querelarū

calumnia patienter accipere. Utrumque enim ago. et officium inquisitionis persoluo. & tibi contra te causarum mearum necessitates dirigo. Quod ut benignissime auditui tuo admittas. in ingressu huius dictationis portique prostratus peto a culmine uestri apicis. Et quamquam baccillet calumniae obiectio. ubi lacrimarum est intercessio. cum lacrimae non sint signa calumniae. Iam sint opto & lacrimabiles calumniae. et calumniabiles lacrimae.

Sed utrumque praelicentiosa amoris praesumptione. Non autem praearrogantiae temeritate. Sed iam causam exordiar. Septimum nisi fallor annum tempora girant. ex quo meminimus me libros a te conditos originum postulasse. et uario diuersoque modo & praesentem me frustratum esse. & absenti nil inde uos rescripsisse. sed subtili dilatione modo nec dum esse perfectos. modo nec dum scriptos. modo meas litteras intercidisse. aliaque multa opponens. ad hanc usque diem peruenimus. et sine petitionis effectu manemus. Ob hoc & ego uertam preces in querelam. ut quod supplicatione nequiui. uel calumniis lacescendo ualeam adipisci. Saepe enim solet mendico prodesse uociferatio. Quo circa cur quaeso te mi domine non tribuis quod rogaris. Unum scias. non dimittam quasi fingens me nolle negata. Sed quaeram. et instanter quaeram. quousque aut accipiam aut eliciam. Piissimo redemptore iubente. quaerite. et inuenietis. & adiciente. pulsate. et aperietur uobis.

Quaesiui et quaero. et iam pulso. unde et clamito ut aperias. Nam huius me argumenti consolatur inuentio. quia qui contempsisti postulantem. exaudias forte calumniantem.

Hinc et ego scientiam tuam ingero. nec stulta iactatione noui aliquid suggerere. insipiens profecto praesumo. non tamen erubesco imperitus disertissimo loqui. apostolici memor praecepti. quo praeceperis libenter sufferre insipientem.

Quam obrem. accipe clamores calumniae. Cur rogo talentorum distributionem. & thesaurorum dispensationem tibi creditam huc usque retentas.

Iam solue manum. inpertire familiis. ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor ueniens reposcat a te. Non minuetur tibi quicquid dederis nobis. Memor esto paruis panibus multitudinem saciatam. et superasse reliquias fragmentorum magnitudinem panum. An putas donum tibi collatum. pro te solummodo esse datum. Et uestrum est et nostrum. commune est. non priuatum. Et quis dicere uel insanus praesumat. ut priuato tuo gaudeas. qui de communi tantum inculpabiliter gaudere scias.

Nam cum tibi deus oeconomiam thesauri sui et diuitiarum salutis. sapientiae & scientiae tenere concesserit. cur larga manu non effundis. quod dando non minuis. An cum in membris supremi capitis unusquisque quod non accepit sic in altero possideat. ut alteri quod habet possidendum sciat. Tu forsitan ideo nobis parcus existis. quia quod mutue a nobis resumas non inuenis. Sed si habenti das. tantillae mercedis fructum reportas. Sin uero non habenti tribuis. praeceptis euangelicis satis facis. ut reddatur tibi in retributione iustorum.

Perinde et ego remordeor conscientia. eo quod in me nihil communicabile bonis sentiam. Quoniam iubemur per caritatem seruire inuicem. et unusquisque quam accepit gratiam in alterutrum illam administrare. sic boni dispensatores multiformis gratiae dei. atque unicuique sic diuisit deus mensura fidei. in una conpa

ge membrorū debet eā ceteris partib; communicare. quia hec omīa operatur unus atq; idem sps. diuidens singulis ꝓut uult.
Sed ad unū ac peculiare subsidium qd̄ premisi recurro. ad inportunitatē scilicet amicam amicitia destitutis. ac nulla membrorum honestorū grā decoratis. Idcirco audi uocē meā tot int̄ iacentibus terris. Redde redde. qd̄ debes. Nam seruus es. seruus xp̄i & xp̄ianorū. ut illic sis maior omniū nr̄m. et quā nr̄i causa tibi conlatū persenũs grā. sitientib; animis. scientięq; fame cruciatis inpertire n̄ dedigneris. Non sum saltim pes q̄ ad iniuncta discurrens possim aliorum membrorū scilicet iudici obœdientię discursu parere. nec p̄ncipatui capitis imperanti obsequendo placere. Quin et si de honestioribus membris me ēē sciam sufficiat. quia quę te constat a capite p̄cepisse. p̄ me ē dignū egere. nec de me n̄egere. quā uis minimū xp̄i tam sanguine redemptū. Nam nec dic̄ caput pedib; n̄ estis m̄ necessarii. Q̄m quę uident̄ membra corporis infirmiora ēē. necessariora sunt. et quę putant̄ ignobiliora ēē. his honorem habundantiorē circūdam̄. Et quę inhonestiora sunt nr̄a. maiorē honestatē habent.
Sic itaq; creator nr̄ ac dispensator cuncta moderat̄. ut cū in altero alteri dona diuina quę ipse p̄cepit possidenda tribuunt̄. caritas cumulet̄. Denīq; tunc bene multiformis grā dispensat̄. quando acceptū donū et eis q̄ hoc n̄ habet credit̄. quando ꝓpt̄ eū cui inpendit̄ datū putat̄. Hoc apl̄i capitulum a nob̄ in parte p̄missū. optime nouit prudentia sc̄itatis ur̄ę huic rei cg̃ruere totū. et quicq̄d sūmatim tetigi te ꝓcul dubio nosse melius latet nullū. Itaq; hoc solum sup est. qd̄ et magnopere peto ut p̄stes postulata. et si n̄ p̄ me. saltim ꝓ ipsa caritate diuinitus inspirata. ꝑ qua iubemur et nosse et p̄stare omīa. et sine qua nihil sunt omīa. Sed et si q̄ sup̄flua. si qua neglegent̄. si qua min̄ humilit̄. aut utilit̄ potius effudi. quā dixi. cuncta quęso benigne suscipias. cuncta ignoscas. cuncta ores ut ds̄ ignoscat. Ergo et hoc notesco. ut libros ethimologiarū quos a te domino meo posco. & si detruncatos. corrososq;. iam a multis haberi. inde rogo. ut eos mihi transscriptos integros. em̄datos. et bene coaptatos. digneris mittere. ne raptus auiditate inpuersū cogar uitia ꝓ uirtutib; ab aliis sumere. Ego aūt opto quā uis nullius egeas. et ultro neq; dicant̄ putere mercedes. ut dignatio ur̄ę benignitatis imperet nob̄ in id qd̄ possum̄ & ualemus. tantū ut obsequio nr̄o utaris. immo caritate quę ds̄ ē p̄fruaris. His igit̄ expletis. erant mihi questiones de sacris diuinis paginis. quarū mihi expositionem cordis ur̄i lum̄ aperiret. Si tamen & nob̄ iubes resplendere. et diuinę legis obscura reserare. Nec si ista quę peto p̄cepero. de illis silebo. sed uiā reseras capiende fiducię. cū in hac p̄ma fronte n̄ me confoderis stimulis uerecundię. et ignauię meę locū dederis uenię. qd̄ quē diligebas quā libet inmerito n̄ iusseris reprobare. Quia ignominiosū ualde uidetur aculę. si nec dū saciatus q̄ caritate abeo quē amabat inuenit̄ recedere. Obsequio aūt meę seruitutis dependo ura salut̄. et quęso pietatem sc̄issimę ur̄ę potestatis. ut ꝓ me orare digneris. quaten̄ cottidie fluctuantē animā malis. tuo intercessu lu

creris. et ad portum quandoque tranquillitatis deducas eritiam amiseris et scandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui. quasi coram positus vultum videre tuae faciei. Ideo nec verbositate carui. et temeritate fortassis incurri. Sed aut hoc aut aliud agere debui. tantum ut quod noluisti per humilitatem. saltim tribuas per multiplicantem inprobitatem. Ecce quantum audaciae dedit mihi gratia vestrae benivolentiae. Et ideo siquid in hoc displicuerit. sibi imputet. quae tantum amat ut timorem tollat. Nam perfecta caritas foras mittit. Speciali quoque gratia fretus speciali domino in quo vires sanctae ecclesiae consistunt suggero. ut quia eusebius metropolitanus noster decessit. habeas misericordiae curam. et hoc filio tuo nostro domino suggeras. ut illum illico praeficiat. cuius doctrinae sanctitas ceteris sit vitae forma. Hunc autem filium praesentem beatissimae potestati vestrae per omnia commendo. & etiam de his quae hic suggessimus. quam & etiam de his quae supra questi fuimus. eloquio vestro per eum inlustrari mereamur.

DOMINO MEO ET DEI SERVO BRAULIONI EPISCOPO YSIDORUS.

Tuae sanctitatis epistolae me in urbe tollitana invenerunt. Nam permotus fueram causa concilii. sed quamvis iussio principis in itinere positum remeare me admonuisset. ego tamen quia propinquior eram praesentiae ipsius. quam regressionis. malui potius cursum itineris non intercludere. veni ad praesentiam principis. inveni diaconum praesentem tuum. per eum eloquia tua suscipiens amplexus sum. et legi. et de salute tua deo gratias egi. Desiderio omni desiderans. quamvis debilis atque fessus. fiducia tamen habere per expm in hac vita visendi te. quia spes non confundit per caritatem. quae diffusa est in cordibus nostris. Codicem ethimologiarum cum aliis codicibus de itinere retransmisi. et licet inemendatum prae valitudine. tamen tibi modo ad emendandum studueram offerre. si ad destinatum concilii locum pervenissem. De constituendo autem episcopo terraconensi. non eam quam petis sensi sententiam regis. Sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum. illi manet incertum. Peto autem ut pro meis peccatis apud deum existere intercessor digneris. Ut impetratu tuo deleantur delicta mea. et remittantur facinora. Item manu sua. Ora pro nobis beatissime domine frater.

DOMINO MEO ET DEI SERVO BRAULIONI EPISCOPO YSIDORUS.

En tibi sicut pollicitus sum misi opus de origine quarundam rerum. ex veteris lectionis recordatione collectum. atque ita in quibusdam locis adnotatum. sicut extat conscriptum stilo maiorum.

I De disciplina et arte.

Disciplina a discendo nom̄ accepit· unde et scientia dici potest· Nam scire dictũ a discere· quia nemo nrm̄ scit nisi qui discit; Aliter dicta disciplina· quia discitur plena· Ars uero dicta est· quod artis p̄ceptis· regulisq; consistat· Alii dicunt agrecis hoc tractum ee̅ uocabulum apo tes aretes· idest auirtute· quam scientiā uocauerunt· Inter artē et disciplinā plato et aristotelis hanc differentiam ee̅ uoluerunt· Dicentes artem ēē inhis· quę se et aliter habere possunt· Nam quando ueris disputationib; aliqd disseritur· disciplina erit· Quando aliquid ueri simile atq; opinabile

II tractatur· nom̄ artis habebit· Disciplinae liberalium artium septem sunt· Prima grammatica· idest loquendi peritia· Secda rethorica· quę ppt̄ nitorē et copiam eloquentię suę maxime inciuilibus questionibus necessaria existimatur· Tertia dialectica cognomto loica· quę disputationibus subtilissimis uera secernit afalsis· Quarta arithmetica· quę contin& numerorũ causas et diuisiones· Quinta musica· quę incarminibus cantibusq; consistit· Sexta geumetrica· quę m̄suras dimensionesq; conplectit̄· Septima astronomia· quę continet legem astrorum· III

Grammatica est scientia recte loquendi· et origo et fundamtũ liberalium litterarũ· Hęc indisciplinis p̄ litteras cōmunes inuenta ē· ut iā q̄di dicerunt litteras p̄ eam recte loquendi rationē sciant· Grammatica aut̄ alitteris nom̄ accepit· grāmata enim greci litteras uocant· Oratio dicta quasi oris ratio· Nam orare ē loqui et dicere· Est aut̄ oratio contextus uerborum cū sensu· Contextus aut̄ sine sensu· n̄ est oratio· quia n̄est oris ratio· Oratio aut̄ plena ē sensu uoce et littera· Diuisiones aut̄ grāmaticę artis aquibusdam uiginti septem dinumerant̄· Idest partes orationis octo· uox articulata· littera· syllaba· pedes· accentus· positurę· ortografia· analogia· ethymologię· glosę· differentię· barbarismi· soloecismi· uitia· metaplasmi· scema· tropi· prosa· metra· fabulę· hystorię· IIII

Partes orationis primus aristotelis duas tradidit· nom̄ et uerbum· Deinde donatus octo definiuit· sed om̄s adilla duo principalia reuertunt̄· idest nom̄· et uerbũ· quę significant p̄sonā et actum· Reliquę appendices sunt· et exhis originē trahunt· Nam p̄nom̄ exnomine nascit̄· cui officio fungit̄· ut orator ille· Aduerbiũ de nomine nascit̄· ut doc

Octa
Quid sit grāma
unde dicat̄ disc na· et unde ar et q̄m̄ distent
Sunt ḡ xx vii diuis grāmaticę ar

tus docte. Participiū denomine et uerbo. ut lego. legens. Coniunctio uero. et p̄positio. uel interiectio. inc̄plexu istarū cadunt. Ideo et ñ nulli quinq; partes definierunt. quia istę superfluę sunt.

dicat nom

NOMEN DICTUM EST QUASI NOTAMEN. quod nobis uocabulo suo res notas efficiat. Nisi eni nom sciens. cognitio rerū perit. Propria nomina dicta. quia specialia sunt. Unius eni tantū p̄sonā significant. Species propriorū nominū quattuor sunt. Prenom. nom. cognom. agnomen. Prenom dictum. eo qd nomini p̄ponit̄. ut lucius quintus. Nom uocatū. quia notat genus. ut corneli. Cornelii eni oms ineo genere. Cognom qa nomini c̄iungit̄. ut scipio. Agnom uero. quasi accedens nom. ut metellus, creticus. quia cretam subegit. Extrinsecus eni uenit agnom. abaliqua ratione. Cognomentū aut̄ uulgo dictū. eo qd nomini cognitionis causa sup adiciatur. siue qd cūnomine ē. Appellatiua nomina inde uocant̄ quia cōmunia s̄. et inmultorū significatione c̄sistunt. Hęc inuiginti octo species diuidunt̄. exquibus corporalia dicta. quia uel uident̄. uel tanguntur. ut cęlū. terra. Incorporalia. quia carent corpr̄e. unde nec uideri nec tangi possunt. ut ueritas. iustitia. Generalia. quia multarū rerū sunt. ut animal; Nam et ego et equus et auis animal sunt. Specialia. quia partē demonstrat. ut homo. Species eni animaliū homo. Principalia. quia primā positionē habent. nec aliunde nascunt̄. ut mons. fons. Diriuatiua. eo qd exalio nomine deducant̄. ut amonte montanus. Diminutiua. quia minuunt sensū. ut greculus.

[..]t sunt species appellatiuorum.

[..]etica

scolasticulus. Sono diminutiua. sedintellectu p̄ncipalia sunt. ut tabula. fabula. Tota greca. quia extoto grece de clinantur: ut callisto. Sic eni et grecus et latinus dicit. Tota latina. quia extoto inlatinum uertunt̄. Grecus dic̄ odisseus. latinus ulixes. Media dicta. quia exparte greca sunt et exparte latina. eadem & nota. quia corrumpunt ultimas syllabas manentibus p̄orib. ut apud grecos alexandros. menandros. apud nos alexander menander. Dicta aut̄ nota. quēadmodū notus dicit̄. q̄squis dedispari genere nascit̄; Sinonima. hoc ē plurinomia. eo qd sit inplurib. nominib. significatio una. ut terra. humus. tellus. Idem enim sunt om̄a; Omonima. hoc ē uninomia. eo qd sit inuno nomine significatio plurima. ut tumulus. nunc mons breuis. nc̄ tumens tellus. nc̄ sepulchrū. Est enim inuno nomine significatio diuersa. Relatiua dicta eo qd adalia referant̄ p̄sonā. ut magister. dominus. pater. Illa aut̄ quę dicunt̄ quasi adaliquid alit̄ se habentia. acontraria significatione dicta sunt. ut dexter. Dici enim dexter nonpotest. nisi sinister fuerit. PORRO QUALITATIS NOMINA exeo dicta. quia p̄ ea qualisq̄sq; sit ostendit̄. ut sapiens. formosus. diues. Quantitatis. quę amsura trahunt̄. ut longus. breuis. Patronomica dicunt̄. eo qd trahant̄ apatrib. ut tidides tidei filius. aeneius. aeneę filius. Quauis et amatribus. et amaiorib. ducantur. Ihetica idest possessiua apossessione. ut euandrius ensis. Epitheta quę latine adiectiua uel suppósita appellant̄. eo qd adimplendam sui significatione nominib. adici

dicuntur· ut magnus doctus· adiacent enim personis ut
magnus philosophus doctus homo· et plenus
est sensus· Actualia ab actu descendunt· ut
dux· rex· cursor· nutrix· orator; Gentis a gen
te veniunt· ut grecus· romanus; Patrie· a
patria descendunt· ut atheniensis· thebanus·
Loci; a loco· ut suburbanus; Verbialia dicuntur
quia de verbo nascuntur· ut lector; Participialia·
quia sic sonant sicut participia· ut legens· Ver
bis similia· a verbi similitudine dicta· ut contem
plator· Nam et verbum est imperativi modi fu
turi temporis· et nomen· quia comparationem
recipit· Hee omnes species a nominum appella
tione descendunt· Secunda pars
nominis· comparatio·

Comparatio dicta· quia ex alterius comparatione
alterum profert· cuius gradus tres sunt· Positi
vus comparativus et superlativus· Positivus
dictus· quia primus ponitur in comparationis
gradu· ut doctus· Comparativus ab eo· quod com
paratur positivo· prefertur illi· ut doctior· Plus
enim novit quam doctus; Superlativus eo quod
comparativo superferatur· ut doctissimus· Plus
enim scit quam doctior· Genera
dicta sunt quod generent
ut masculinum· et femininum· Cetera non sunt
genera· sed hoc nominum ratio· et auctoritas
voluit· Neutrum dictum· quia nec hoc est· nec
illud· idest nec masculinum nec femininum·
Commune dictum· quia duobus generibus no
men unum communicat· ut hic et hec canis·
Cui contrarium est epikenon· quia utrumque sex
um sub uno genere enuntiat· ut hic piscis·
Est enim incerti sexus· quod nec natura nec
oculis discernitur· sed sensus tantum peritia·
Omne genus dictum· quia cunctis generibus

serviunt· masculino· feminino· et neutro· et communi·
et omni· Numerus vocatur· quia per eum vel
singularia· vel pluralia nomina ostenduntur· Figura
quia vel simplicia vel composita sunt· Casus a
cadendo dicti· per eos enim inflexa nomina va
riantur et cadunt· Nominativus casus dictus·
quia per eum aliquid nominamus· ut hic magister·
Genetivus· quia per eum genus cuiusque querimus·
ut huius magistri filius· vel quod rem signifi
camus· ut huius magistri· Dativus· quia per eum
nos dare alicui aliquid demonstramus· ut da
huic magistro· Accusativus· quia per eum aliquem
accusamus· ut accuso hunc magistrum· Voca
tivus· quia per eum aliquem vocamus ut o
magister· Ablativus· quia per eum nos aufer
re aliquid cuiquam significamus· ut aufer
a magistro· Exaptota nomina dicta· eo quod per
sex casus varietates habent· ut est unus·
Pentaptota· quod tantum quinque casibus
variatur· ut doctus· Tetraptota· quod tan
tum in quatuor casibus declinentur· ut la
tus· Triptota· quod tantum in tribus ut
templum· Diptota· quod tantum in duobus·
ut iuppiter· Monoptota quod uno tantum
utuntur· ut nequam frugi· De pronomine·

Pronomen dictum· quia pro vice nominis
ponitur ne fastidium faciat nomen ipsum dum itera
tur· Nam cum dicimus· virgilius scripsit bucolica·
addimus pronomen· ipse scripsit georgica· Sicque
varietas significationis fastidium tollit· et orna
mentum inducit· Pronomina autem aut finita sunt
aut infinita· Finita pronomina dicta eo quod de
finiunt certam personam· ut ego· me enim sta
tim intelligis· Infinita dicuntur· quia non sunt cer
te persone· De absentibus enim dicitur et incertis· ut
quis· que· quod· Minus quam finita appellantur·

quia commemorationem faciunt note persone. ut
ipse. iste. Certum est enim de quo dicitur. Possessiva
vocatur eo quod aliquid nos possidere ostendunt
Nam cum dico meus vel tuus. definio meum esse
vel tuum. Relativa dicuntur. quia ad interrogationem
referunt. ut quis est. respondetur is est; Demon
strativa eo quod habeant demonstrantis signifi
cationem. Aliquem enim presentem his demonstra
mus. ut hic. hec. hoc. que tria articula nominantur
Articuli autem dicti. quod nominibus artantur.
idest colligantur. Ut cum dicimus hic orator. Inter
articulum autem et pronomen hoc inter est. quod
articulus tunc est. cum nomini iungitur. ut hic
sapiens. Cum vero non coniungitur. demonstra
tivum pronomen est. ut hic et hec et hoc. Omnia
autem pronomina aut primigenia aut deduc
tiva sunt. Primigenia dicta sunt quia aliunde
originem non trahunt. Hec viginti et unum
sunt. Finita sunt tria. ego. tu. ille. Infinita septem.
quis. qualis. talis. quantus. tantus. quotus. totus.
Minus quam finita sex. iste. ipse. hic. is. idem. sui.
Possessiva quinque. meus. tuus. suus. noster. vester.
Reliqua autem deductiva dicuntur. quia ex istis
deducta. atque composita existunt. ut quispiam.
aliquis et reliqua. DE VERBO

Verbum dictum eo quod verberato aere sonat. vel
quod hec pars frequenter in oratione versetur. Sunt
autem verba mentis signa. quibus homines cogitationes
suas invicem loquendo demonstrant. Sicut autem
nomen significat personam. ita verbum factum dictumque
persone. In persona verbi agentis et patientis
significatio est. Nam scribo persone factum est. Item
scribor persone factum indicat. sed eius a quo patitur.
Verborum genera duo sunt. grammaticorum atque retho
rum. Grammaticorum in tria cadunt tempora. Prete
ritum. instans. futurum. Ut fecit facit faciet. Retho
rum. aut universa oratio verba dicuntur. vel ut ver
bis bonis nos cepit. Verba bona habuit ubi non tantum
tum verba que in tria cadunt tempora. sed univer
sa oratio est. Verborum species sunt. Forme et modi.
coniugationes genera et tempora. Forme verbo
rum inde dicte. eo quod nos ad unam quamquam
rem reforment. Per has enim ostendimus quid
agamus. Nam meditativa dicta est. a meditan
tis sensu. ut lecturio idest legere volo. Inchoativa
post meditationem ab inchoantis indicio ut calesco.
Frequentativa. a sepius agendo. ut lectito clami
to. Forme enim sensum tenent. modi declina
tionem. Nam nescis quid sit declinatio nisi prius
didiceris. quid sit sensus. Modi dicti ab eo quem
ad modum sint in suis significationibus. Indi
cativus enim modus dicitur. quia significatio
nem habet indicantis. ut lego. Imperativus.
quia sonum habet imperantis. ut lege. Optati
vus. quia per ipsum optamus aliquid agere. ut
utinam legerem. Coniunctivus. quia ei coniun
gitur aliquid. ut locutio plena sit. Nam quando
dicis. cum clamem. pendet sensus. Quod si
dicam. cum clamem. quare putas quod taceam.
plenus est sensus. Infinitivus dicitur. eo quod
tempora non definiens. personam verbi non
definit. Ut clamare. clamasse. Cui si adiungas
personam clamare debeo. debes. debet. fit qua
si finitus. Impersonalis dicitur. quia indiget
persona nominis. vel pronominis. ut legitur
addes personam. a me. a te. ab illo. et plene
sentitur. Sed infinitivus modus personam tantum
verbi eget. Impersonalis vero vel pronominis
personam vel nominis. Coniugatio dicitur. eo
quod per eam ad unum sonum multa coniun
gantur. Docet enim in quam sillabam exe
at futurum tempus. ne per impe

-rum iam quis dicat legebo, p legam. Harum prima et secunda mittunt futurum tempus in bo et in bor. Tertia in am et in ar. Genera uerborum ideo dicta quia gignunt. Nam actiuo adicis. R. et gignit passiuum. Rursum passiuo adimis. R. et parit actiuum. Ipsa autem actiua dicuntur quia agunt. ut uerbero. Et passiua. quia patiuntur. ut uerberor. Neutralia. quia nec agunt nec patiuntur. ut iaceo. sedeo. His si. R. litteram adicis. non sonat latinum. Communia dicuntur. quia et agunt et patiuntur. ut amplector.
Hec similiter deposita. R. littera. latina non sunt.
Deponentia uero dicuntur. quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiua. quod exit in dus. ut gloriandus.

Aduerbium dictum est. DE ADVERBIO. eo quod uerbis accidat. ut puta. bene legi. Bene. aduerbium est. legi. uerbum. Inde ergo dictum aduerbium. quod semper uerbo iunctum adimpleatur. Verbum enim solum sensum implet. ut scribo. Aduerbium autem sine uerbo. non habet plenam significationem. ut hodie. adicis illi uerbum. hodie scribo. et iuncto uerbo implesti sensum. DE PARTICIPIO

Participium dictum. quod nominis et uerbi capiat partes. quasi particapium. A nomine enim uendicat sibi genera et casus. A uerbo tempora et significationes. ab utrisque numerum et figuram. DE CONIVNCTIONE

Coniunctio dicta. quod sensus sententiasque coniungat. Hec enim per se nihil ualet. sed in copulatione sermonum. quasi quoddam exhibet glutinum. Aut enim nomina sociat. ut augustinus. et hyeronimus. aut uerba. ut scribit. et legit. Vna autem uis omnium. siue copulent. siue disiungant. Copulatiue autem coniunctio-nes dicte. eo [illegible] quod sensum uel personas coniungant. Vt ego et tu eamus ad forum. Ipsum et. sensum coniungit. Disiunctiue dicte. quia disiungunt res aut personas. ut ego aut tu faciamus. Subiunctiue dicuntur. quia subiunguntur. ut que. Dicimus enim. Reique hominique deoque. Non dicimus que regi. que homini. Expletiue dicte. quia explent propositam rem. Vt puta. Si hoc non uis. saltim illud fac. Communes nominantur. quia ubi uis ponuntur. Ut igitur hoc faciam. Hoc igitur faciam. Causales dicuntur a causa. eo quod aliquid cogitent facere. Vt puta. occido illum. qui habet aurum. causa est. Rationales dicuntur a ratione. qua quisque utitur in faciendo. Vt quomodo eum occidam. ne agnoscar. Veneno. an ferro. DE PRAEPOSITIONE

De aduerbio

Prepositio dicta. quod nominibus preponatur et uerbis. Accusatiue autem et ablatiue prepositiones a casibus quibus seruiunt dicte. Loquelares uero. quia loquelis idem. uerbis semper coherent. nec aliquid ualent sole. posite. ut di. dis. Con iuncte uero. uerbi figuram faciunt. ut diduco. distraho. DE INTERIECTIONE

De participio

Interiectio uocata. quia sermonibus interiecta. idest interposita. affectum commoti animi exprimit. Sicut cum dicitur ab exultante. ua. a dolente. heu. ab irascente. he. a timente. hei. Que uoces quarum cumque linguarum propriae sunt. nec in aliam linguam facile transferuntur. .V. DE LITTERIS

De coniunctione

De litteris

Primordia grammatice artis. littere communes existunt. quas librarii et calculatores secuntur. Quarum disciplina uel ut quedam grammatice artis infantia est. Vnde et eam uarro litterationem uocat. Littere autem sunt indices rerum. signa uerborum. quibus tanta

uis est ut nobis dicta [...] absentium sine
uoce loquantur. Verba enim per oculos non
per aures introducunt. Usus litterarum repertus est
propter memoriam rerum. Nam ne obliuione
fugiant litteris alligantur. In tanta enim re-
rum uarietate nec disci audiendo pote-
rant omnia nec memoria contineri. Litterę
dictę quasi legitterę quod iter legentibus
prestent uel quod in legendo iterentur. Litterę
latinę et grecę ab hebreis uidentur exortę.
Apud illos enim prius dictum est. ALEPH.
Deinde ex simili enuntiatione apud grecos
tractum est. ALFA. Inde apud latinos. A.
Translator enim ex simili sono alterius lin-
guę litteram condidit ut nosse possimus
linguam hebraicam omnium linguarum et lit-
terarum esse matrem. Sed hebrei uiginti duo
elementa litterarum secundum ueteris testamenti
libros utuntur. Greci uero uiginti quattuor.
Latini autem inter utramque linguam progredien-
tes uiginti tria elementa habent. Hebreique
litteras a lege coepisse per moysen. Syrorum
autem et chaldeorum per abraham. Unde et cum he-
breis et numero et sono concordant solis ca-
racteribus discrepant. Egyptiorum litteras
ysis regina inachis filia de grecia ueniens
in egyptum repperit et egyptiis tradidit.
Apud egyptios autem alias habuisse litteras sa-
cerdotes alias uulgus. Sacerdotales
YEPAC; ΠΑΝΕΜΟC. Vulgares; Greca-
rum litterarum usum primi fenices inue-
nerunt. Unde et lucanus. Fenices primi
magni sic creditur ausi mansuram rudibus
uocem signare figuris. Hinc est quod et feni-
ceo colore librorum capita scribuntur. quia
ab ipsis litterę initium habuerunt. Cathmos
agenoris filius grecas litteras e fenice in gre-

ciam decem et septem primus attulit.
A. B. Γ. Δ. E. Z. I. K. Λ. M. N. O. Π.
P. C. T. Φ. His palamides [...]
troiano bello tres adiecit. H. X. Ω.
Postquem symonides milesius tres alias ad
didit. Ψ. Ξ. Θ. Y. litteram pi-
tagoras samius ad exemplum uitę huma-
nę primus formauit. Cuius uirgula subte-
rior primam etatem significat incertam quip-
pe et quę adhuc se nec uitiis nec uirtutibus
dedit. Biuium autem quod super est ab adolescentia
incipit. Cuius dextra pars ardua est sed ad
beatam uitam tendens. sinistra facilior sed ad
labem interitumque deducens. De qua sic persius
ait. Et tibi quę samios deduxit littera ramos.
surgentem dextro monstrauit limite callem.
Quinque autem esse apud grecos mysticas litteras.
Prima Y quę humanam uitam significat.
De qua nunc diximus. Θ Secunda Theta
Quę mortem. Nam iudices eandem litteram
thetam apponebant ad eorum nomina quos
supplicio afficiebant. Et dicitur theta ΑΠΟ ΤΥ
ΘΑΝΑΤΟΝ Id est a morte. Unde et habet
per medium telum id est mortis signum. De qua
quidam. Tertia TAU figuram demonstrans
dominicę crucis. Unde et hebraice signum
interpretatur. De quo dictum est in ezechiele
ab angelo. Transi per medium hierusalem et signa
tau in frontibus uirorum gementium et dolentium.
Reliquas uero duas summam et ultimam sibi
uindicat xpc. Ipse enim principium ipse
finis dicens. Ego sum alfa et ω. Concur-
rentibus enim in se inuicem alfa ad ω usque
deuoluitur. et rursus ω ad alfa replicatur.
Ut ostenderet in se dominus et initium decursum
ad finem et finis decursum ad initium.
Omnes autem litterę apud grecos et uerba con-

multum ante alias infe[...] littera theta.
[I]SIS REGINA
Fenices
Cathmus
Persius

ponunt. et numeros faciunt. Nam alfa
lyttera apud eos uocatur in lytteris unum.
Ubi autem scribunt beta. uocatur duo. Ubi
scribunt gamma. uocatur in numeris ipsorum
tria. Ubi scribunt delta. uocatur in nume
ris ipsorum quattuor. Et sic omnes litterę
apud eos numeros habent. Latini autem
numeros a lytteris non conputant. sed sola
uerba conponunt. Excepto aliquę quę nu
meros figura demonstrant. Ut. C. pro
centum. D. pro quingentis. I. pro uno. L
pro quinquaginta. I. pro mille. V. pro quinque
et. X. quę in figura crucem significat et
in numero decem demonstrat. Latinas
litteras carmentis nimpha prima italis
tradidit. Carmentis autem dicta. quia car
minibus futura canebat. Ceterum proprię
uocata nicostrate. Lytterę autem aut commu
nes sunt. aut liberales. Communes dictę.
quia multi eas in comune utuntur. Ut scri
bere. legere. Liberales. quia eas tantum illi
nouerunt. qui libros conscribunt. recteque
loquendi dictandique rationem sciunt. Lytte
rarum duplex modus est. Diuiduntur enim
principaliter in duas partes. in uocales et con
sonantes. Uocales sunt. quę directo hiatu
faucium sine ulla collisione uarię emittun
tur. Et dictę uocales. quod per se uocem imple
ant. et per se syllabam faciant. nulla adheren
te consonante. Consonantes sunt quę di
uerso motu linguę uel inpressione labiorum
efficiuntur. Et uocatę consonantes. quia per se
non sonant. sed iunctę uocalibus consonant.
Hę in duabus partibus diuidunduntur. in semi
uocalibus et in mutis. Semi uocales dictę.
eo quod quiddam semis de uocalibus habe
ant. Ab. E quippe uocali incipiunt et de

sinunt in naturalem sonum. Ut. F. L. M.
et cetera. Mutę autem dictę. quia nisi subiec
tis sibi uocalibus. nequaquam erumpunt.
Si enim eis extremum uocalis detraxeris so
num. inclusum lytterę murmur sonabit.
Ut. B. C. D. et cetera. Uocales autem et semi
uocales et mutas a ueteribus sonas et semi
sonas et insonas dictas. Inter uocales autem
I. et V. apud grammaticos uarias habent
significationes. Nam modo uocales sunt.
modo semi uocales. modo medię. Vocales
ideo sunt. quia solę positę syllabas faci
unt. et aliis consonantibus coniunguntur.
Consonantes ideo habentur. quia interdum
habent se post uocales in isdem syllabis
constitutas. Ut ianus. uates. et habentur pro con
sonantibus. Medię autem idcirco dicuntur.
quoniam naturaliter solę medium sonum ha
bent. Ut illus unus. Coniunctę aliis pin
guius sonant. ut ianus. uanus. Solę enim
aliter sonant. aliter iunctę. I. uero propter
ea interdum duplex dicitur. quia quotiens
cumque in metro inter duas uocales inue
nitur. pro duabus consonantibus habetur. Ut troia.
geminatur enim ibi sonus eius. U. quoque lytte
ra proinde interdum nihil est. quia alicubi
nec uocalis. nec consonans est. Ut quis.
Vocalis enim non est. quia. Q. precedit. Ideoque
quando nec uocalis nec consonans est. sine
dubio nihil est. Eadem et digammon a gre
cis uocatur. quando sibimet aliisque uocalibus
iunguntur. Quę ideo digammon dicitur. quia
duplex est. instar. F. lytterę. quę dupli
cem gammam habet. Ad cuius similitudi
nem coniunctas uocales digammon appella
ri grammatici uoluerunt. ut uotum. uirgo. Inter
semi uocales autem quędam liquidę dicuntur.

Carmentis nymph.

Propterea. quia interdum in una syllaba post positę alus consonantibus deficiunt. et a metro excluduntur. Ex quibus duę apud. latinos liquescunt. L. & R. ut fragor. flatus. Reliquę M. & N. apud grecos liquescunt. ut mnesteus. Decem et septem autem latinis lytteris uetus scriptura constabat. Unde & legitimę nominantur. illa ratione scilicet. uel quod ab. E. uocali incipiant. et in mutum sonum desinant. ut sunt semiuocales. uel quod a suo sono incipiant. et in uocalem. E. desinant. ut sunt mutę. et sunt A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. H. autem lyttera pro sola aspiratione adiecta postea est. Unde & a plerisque aspiratio putatur esse. non lyttera. Quę proinde aspirationis nota dicitur. quia uocem eleuat. Aspiratio enim est sonus uberius elatus. Cuius contraria est accentus prosodia. sonus ęqualiter flexus. K. lytteram salustius ludi magister primus latinis adiecit. ut in sono discrimen faceret duarum lytterarum. C. & Q. quę ideo super uacua dicitur. quia exceptis kalendis superflua iudicatur. per. C. enim uniuersa exprimimus. Q. lytteram nec greci resonant nec hebrei. Exceptis enim latinis hanc nulla alia lingua habet. Hęc prius non erat. Unde et ipsa superuacua est uocata. quia per. C. cuncta ueteres scripserunt. X lyttera usque ad augusti tempus nondum apud latinos erat. & digne hoc tempore. quo xpi nomen innotuit. quod per eam quę crucis signum figurat scriptitetur. Dudum autem per ea. C. & S scribebant.

Unde & duplex uocatur quia pro C & S ponitur. Hinc et ex eisdem lytteris conpositum nomen habet. A grecis duas lytteras mutuauit latinitas. Y. et Z. propter nomina scilicet greca. et hę apud romanos usque ad augusti tempus non scribebantur. Sed pro Z duo S.S. ponebant. ut hylarissat. philasizat scribebant. Unicuique autem lytterę tria accidunt. nomen. quomodo uocetur. Figura. quo caractere signetur. potestas. quę uocalis. quę consonans habeatur. Potestatem autem natura dedit. uoluntas ordinem. A quibusdam et ordo adicitur. id est quę pręcedat. & quę sequatur. Ut A prior sit. sequens B. A. autem in omnibus gentibus ideo prior est lytterarum. pro eo quod ipsa prior nascentibus uocem aperiat. Nomina lytterarum gentes ex sono proprię linguę dederunt. notatis oris sonis atque discretis. Nam postquam eas animaduerterunt et nomina illis et figuras inposuerunt. Figuras autem partim ex placito. partim ex sono lytterarum formauerunt. Ut puta. I. & O. quarum uni sicut exilis sonus. ita tenuis uirgula. Alterius pinguis sonus. sic et plena figura est. Inter figuram lytterarum & apicem ueteres dixerunt. apicem dictum propter quod longe sit a pedibus et in cacumine litterę adponatur. Est enim linea iacens super lytteram ęqualiter ducta. Figura autem. qua tota lyttera scribitur.

## DE SYLLABIS.

VI Syllaba grece. latine conceptio siue conplexio dicitur. Nam syllaba dicta est apo tou syllabanin. grammata id est a conceptione lytterarum. Syllabanin enim dicitur concipere. Unde uere illa est syllaba quę ex pluribus nascitur lytteris.

VII

Nam unam uocalem pro syllaba abusiue dici non proprie. Quae non tam syllaba dicenda est quam ratio temporum. Syllabae autem aut breues sunt aut longae aut communes. Breues uocatae quia nunquam produci possunt. Longae quia nunquam corripi possunt. Communes autem quia pro scribentis arbitrio cum necessitas cogit et producuntur et corripiuntur. Lege donatum. Ideo autem syllabae longae breuesque dicuntur quia per uarias uocum moras aut dupla aut simpla spacia temporis habere uidentur. Dyptongae syllabae greco nomine dictae quod in eis binae uocales iungantur. Ex his apud nos ueras esse quattuor. AE. OE. AY. EY. Ei uero apud maiores statum celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideo semipes nominatur quod sit dimidius pes. Nam pes duabus constat syllabis. Cum ergo syllaba una est quasi dimidius pes est. Dionisius lincius syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecit et ob id statua honoratus est.

VII DE PEDIBUS

Pedes sunt qui certis syllabarum temporibus insistunt. nec alegittimo spatio unquam recedunt. Pedes dicti eo quod per ipsos metra ambulent. Nam sicut nos pedibus incedimus. ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes centum uiginti quattuor sunt. Dyssillabi quattuor. trissyllabi octo. tetrasyllabi sedecim. pentasyllabi triginta duo. Exasyllabi sexaginta quattuor. Usque ad quattuor autem syllabas pedes dicuntur. reliquae sinzigiae uocantur. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum quare ita uocentur. Pyrrichius dictus est. quia hic assidue uel in certamine uel in ludo puerili sepius frequentabatur.

Spondeus dictus. quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidem dictus. id est sonus. qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et hi qui tibias canebant in sacris gentilium spondiales nominabantur. Trocheus uero abeo dictus est quod celerem conuersationem faciat cantilenae. et quasi rota uelociter currat in metris. Trochos enim grece rota dicitur. Iambus dictus est eo quod iambo zin greci detrahere dixerunt. Huiusmodi enim carmine omnes inuectiones uel detractiones implere poetae sunt soliti. Dictum autem nomen abeo quod ueluti uenenum quodammodo maledicti aut liuoris infundat. Tribrachys qui et corius appellatur. dictus tribrachys quia sit ex tribus breuibus. Molosus dictus a saltatione molosorum. quam exercuerunt armati. Anapestus appellatus. quia remissionibus et ludis hic pes magis dicatus est. Dactilus a digito dictus. quod a longiori nodo inchoans in duos desinit breues. Sic et iste pes iunctura unam habet longam. et duas breues. Unde et manus ob pansa dicitur palma. et pendentes digiti dactili. Amfibrachis quod in utraque parte breuem habeat. longam in medio inter iacentem. Brachis enim breuis dicitur. Amfimachrus. quod duae hinc inde longae habeant. in medio inclusam breuem. Machros enim longus dicitur. Bachius appellatus est. eo quod eo pede bacchi id est liberi sacra celebrantur. Antibachius uel palim bachius dictus. quia iteratus a bachio est. Procceleumaticus quod sit ad celeumam canentium aptus. Dispondeus autem et ditrocheus et diiambus dicti quod

De pedibus

geminis constant iambis. spondeis. uel trocheis. Antispastus quod sit ex contrariis syllabis. ex breui et longa. ex longa et breui. Coriambus uero. quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum fit. Ionici sane propter numerorum inequalem sonum dicti. Habent enim binas longas syllabas binasque correptas.

Peones dicti ab inuentore. Constant enim ex una longa et tribus breuibus quę ut dicta nomina eorum uariatim est constituta. Epitriti uocati quod semper tres longas habeant syllabas et unam breuem.

Sinzigię autem sunt penta syllabi et exa syllabi pedes. Et dictę apud grecos sinzigię. quasi quędam declinationes. Sed hi non sunt pedes. sed appellantur syllabi penta et exa syllabi. quia ultra quinque uel sex syllabas non procedunt.

Unde non oportet in carmine has syllabas quod libet excedere nomen. ut cartaginiensium. hierosolimitanorum. et constantinopolitanorum.

Accidit unicuique pedi arsis et thesis. Id est leuatio et positio uocis. Neque enim iter pedes dirigere poterunt. nisi alterna uice leuentur et ponantur. ut arma. AR. Eleuatio est. MA. positio. In his duobus per diuisionem pedes legitimi colliguntur. Aequa diuisio est. quotiens arsis et thesis equali temporum diuisione ceduntur. Duppla. quotiens ex his unum alterum dupplo uincit. Sescupla uero est. quotiens unus alterum sescuplo superat. In simpla enim ei parte unus plus inuenitur. in duppla unus minus habetur. Ses cum enim dimidium dicitur.

Tripplum est quando maior pars ter continet totum minus id est tria et unum. Epitritum est quando minus continet a maiore et eius tertia pars. Ceduntur uero pedum membra uel per equalitatem uel per dupplum uel per sescuplum uel per tripplum. uel per epitritum. Partimur ergo in equa hos. spondeum ¯ ii ¯ ii. Pyrrichium. ˘ i ˘ i. Dactilum ¯ ii ˘˘ ii. Anapestum ˘˘ ii ¯ ii. Dispondeum ¯¯ iiii ¯¯ iiii. Proceleumaticum ˘˘ ii ˘˘ ii. Diiambum ˘¯ iii ˘¯ iii. Ditrocheum ¯˘ iii ¯˘ iii. Antispastum ˘¯ iii ¯˘ iii. Coriambum ¯˘ iii ˘¯ iii. Item duppla partimur hos pedes. Trocheum ¯ ii ˘ i. Iambum ˘ i ¯ ii. Molosum ¯ ii ¯¯ iiii. Tribrachum ˘ i ˘˘ ii. Ionicum maiorem ˘˘ ii ¯¯ iiii. Ionicum minorem ¯¯ iiii ˘˘ ii. Unus uero tantum est qui tripla particione diuiditur quę est maxima. atque ideo minime metris adest. Amfibrachis ˘ i ¯˘ iii. Sescupli autem sunt hi. Amfimacrus ¯ ii ˘¯ iii. Bachius ˘¯ iii ¯ ii. Antibachius ¯ ii ¯˘ iii. Peon primus ¯˘ iii ˘˘ ii. Peon secundus ˘¯ iii ˘˘ ii. Peon tertius ˘˘ ii ¯˘ iii. Peon quartus ˘˘ ii ˘¯ iii. Restant quos epitrita particione diuidimus. Epitritus primus ˘¯ iii ¯¯ iiii. Epitritus secundus ¯˘ iii ¯¯ iiii. Epitritus tertius ¯¯ iiii ˘¯ iii. Epitritus quartus ¯¯ iiii ¯˘ iii.

Sunt igitur equi quidem decem. duppli uero sex. triplus unus. Sescupli septem. Epitriti quattuor.

Numerus autem syllabarum in pedibus a duobus usque ad sex protenditur. Ulterius enim non procedit. quia usque ad sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt. ut quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum quando pro una longa duę breues ponuntur. aut pro duabus longis quattuor breues. Ut secta quę intexunt abiete costas. Abiete enim resolu

tio est spondeus in proceleumatico. in qua re
solutione semper sinalifa sequitur urget. Ex
una autem longa due breues fiunt. ex duab.
autem breuib. longa numquam fit. Findi enim
solida possunt. solidari scissa non possunt.
Figura est cum nota syllabe agnoscuntur. Ubi
enim circuli partem inferiorem bis positam
inspicis. pyrrichius est. ◡ ◡. Ubi I ge
minata iacente. spondeus. — — Nam
nota breuis inferior semicirculus est. Nota
longa. I. iacens est. Metra in pedib. ac
cidunt. ut a trocheo trochaicum. a dactilo
dactilicum. a iambo iambicum. De quib. paulo
VIII post dicendum est.

DE ACCENTIBUS

Accentus qui grece prosodia dicitur. ex greco
nomen accepit. Nam grece pros. latine
ad. ode grece. latine cantus est. Hoc enim
nomen de uerbo uerbum expressum est. Latini
autem habent & alia nomina. Nam accentus
& tonos & tenores dicunt. quia ibi sonus
crescit & desinit. Accentus autem dictus. quod
iuxta cantum sit. Sic aduerbium. quia iuxta
uerbum est. Acutus accentus dictus. quod acuat
et erigat syllabam. Grauis quod deprimat &
deponat. Est enim contrarius acuto. Circum
flexus. quia de acuto & graui constat. Incipi
ens enim ab acuto in grauem desinit. atque
ita dum ascendit et descendit circumflexus ef
ficitur. Acutus autem & circumflexus similes
sunt. Nam uterque leuant syllabam. Grauis
contrarius. uidetur ambobus. Nam semper deprimit
syllabas. cum illi leuent. Ut est. unde uenit
titan. et nox ubi sydera condit. Unde hic
grauis est. minus enim sonat quam acutus et circum
flexus. Mono syllaba autem pars orationis si
naturaliter breuis est. ut uir. aut positione
longa. ut ars. acutum accentum habebit. Si uero
naturaliter longa ut res. circumflexum. Dissyllaba
autem pars orationis si priorem naturaliter longam
habet et ultimam breuem. circumflectitur. ut musa.
aliter acutum. Trissyllaba pars orationis si me
diam breuem habet. ut tibia. tunc primam acuimus.
Si uero naturaliter longam habet secundam. et ultimam
breuem. ut metellus. Tunc mediam circumflectimus.
Tetra syllaba autem & penta syllaba. rationem tri
syllabarum retinent. Grauis accentus cum uno
accentu poni potest in dictione. una cum
utrisque numquam. ut catulus. In composita dictio
ne unus accentus est. ut armipotens. omni
potens. Accentus autem reperti sunt uel
propter distinctionem. ut uiridi que in litto
re conspicitur sus. Ne dicas ursus. Uel
propter pronuntiationem ne dicas meta bre
uiter. et non producta moeta. uel discer
nende ambiguitatis causa. ut ergo.
Nam cum producitur go. causam significat. cum
corripitur coniunctionem.

DE FIGURIS ACCENTUUM

Figure accentuum decem sunt que a gramati
cis puerorum distinctionib. apponuntur.
Oxea. id est acutus accentus. linea a sinistra
parte in dexteram partem sursum ducta fit ita.
/ Baria id est grauis. linea a summo dexte
re in sinistram deposita. fit ita. \ Pereos
pomene id est circumflexus. linea de acuto
& graui facta. exprimitur ita. Λ Macros
id est longa. uirgula iacens est ita. —
Brachin id est breuis pars est circuli inferior
iacens ita. ◡ Yfen id est coniunctio. quia
duo uerba conectit. subiecta uirgula uer
sui circumflexa. fit ita. ◡. Diastole. id est
distinctio que contrario separat. dextra pars
circuli supposita uersui. fit ita. ) Apos
trofus pars item circuli dextra & ad summa

De acc[en]tib[us]

De figuris

A

lytteram apposita fit ita · ɔ · qua nota de
ẽẽ ostendit̃ in sermone · ultima uocalis · ut
tribunal ꝑ tribunale · Dasian qđ interpretat̃
aspiratio · id est ubi · H · lyttera poni de
bet · tali figura notat̃ · ⊢ · Psile qđ inter
pretat̃ siccitas siue purũ · id est ubi · H ·
lyttera ẽẽ n debet · tali nota ostendit̃ · ⊣ ·
Quorũ duorũ accentuũ figurã latini ex ip
sa lyttera aspirationis fecer̃ · Unde si con
iugas has · fecisti aspirationis notam · Rur
sus si medium eı̃ apice scindis · dasian &
VIIII psilen facis · DE POSITURIS

Positura est figura ad distin
guendos sensus ꝑ cola · et coma
ta & periodos · quę dũ ordine suo
apponunt̃ · sensũ nob̃ lectionis osten
dit · Dictę aũt positurę uel quia
punctis positis adnotantur · uel q̃a
ibi uox p intuallo distinctionis de
ponit̃ · Has greci thesis uocant · lati
ni posituras · Prima positura subdistinc
tio dicit̃ · eadem et coma · Media distinc
tio sequens ẽ · ipsa ẽ cola · Ultima distinc
tio quę totã sententiã cludit · ipsa est pe
riodis · Cui ut diximꝰ partes sunt cola &
coma · quarũ diuersitas punctis diuerso
loco positis demonstrat̃ · Ubi enĩ in initio
ꝓnuntiationis nec dũ plena pars sensus est ·
& tam respirare oportet · fit coma · id est
particula sensus · punctus que ad imam
lytterã ponit̃ · et uocat̃ subdistinctio · ab eo
qđ punctũ subtus id est ad imam lytterã
accipit · Ubi aũt in sequentibus iam senten
tia sensũ prestat · sed adhuc aliqđ super ẽ ·
De sententię plenitudine fit cola · mediamq;
lytterã puncto notamꝰ · et media distinctio
nem uocamꝰ · quia punctũ ad mediã lytterã
ponimus · Ubi uero iam ꝑ gradus ꝓnuntian
do plenã sententiã clausulã facimus · fit
periodus · punctũ que ad caput lytterę
ponimus · et uocat̃ distinctio · id est disiunc
tio · quia integram separauit sententiam ·
Hoc quidã oratores ; Cęterũ apud poetas ubi
in uersu pꝰ duos pedes syllaba remanet · co
ma ẽ · quia ibi post scansionẽ ꝑcisio uerbi
facta ẽ · Ubi ũ pꝰ duos pedes de parte ora
tionis nihil sup ẽ · colon ẽ · Totus aũt uer
x sus periodus est · DE NOTIS SENTENTIARUM

(margin: DE NOTIS SENTENTIARU)

Praeterea quędam scripturarũ
notae apud celeberrimos auctores fuerunt ·
Quasque antiqui ad distinctionẽ scriptu
rarum carminib; & hystoriis apposuerũt ·
Nota ẽ figura ꝓpria in lytterę modũ po
sita · ad demonstrandã unãquamq; uerbi
sententiarũq; ac uersuum rationẽ · No
tę aũt uersibus apponunt̃ · numero uigin
ti et sex · quę sunt nominib; infra scriptis ·
※ Asteriscus apponit̃ in his quę omissa
sunt · ut illucescant ꝑ eã nota · quę de esse
uident̃ · Stella enĩ aster dicit̃ greco sermo
ne · a quo asteriscus ẽ diriuatus · ⟶ Obo
lus id est uirgula iacens apponit̃ in uerbis
uel in sententiis sup flue iteratis · siue in
his locis · ubi lectio aliqua falsitate nota
ta est · Ut quasi sagitta iuguler sup uacua
atq; falsa cfodiat · Sagitta enĩ grece obo
lus dicit̃ · ⟶ obolus supne ad punctus
ponitur in isdẽ · de quib; dubitat̃ · utrum
tolli debeant nec ne apponi · ⊢⊣ Lymnis
cus id est uirgula inter geminos punctos ia
cens opponit̃ in his locis · quę sacrę scrip
turę interpretes eodem sensu · sed diuersis
sermonib; transtulerunt · V · Antigra
fus cũ puncto apponit̃ ubi in translatio

nibus diuersus sensus habetur.

Asteriscus cu obolo. hanc proprie aristarcus utebatur in his uersibus. q(ui) n(on) suo loco positi erant. Paragrafus ponitur ad separandas res a rebus. que in conexu concurrunt. quemadmodu in catalogo loca a locis. et regiones a regionibus. premia a premiis. certamina a diuersis certaminib(us) separantur.

Positura e(st) figura paragrafo contraria. et ideo sic formata. quia sic ille principia notat. ita ista fines a principiis separat.

Crifia circuli pars inferior cu puncto ponitur in his locis. ubi questio dura & obscura aperiri uel solui n(on) potuit.

Antisimma ponitur ad eos uersus. quor(um) ordo permutandus e(st). Sic et in antiquis auctoribus positu inuenitur. Antisimma cum puncto ponitur in his locis. ubi in eode sensu dupplices uersus sunt & dubitat(ur) q(ui) potius eligendus sit. Diple. hanc scriptores n(ost)ri apponunt in libris ecclasticoru uiroru. ad separanda uel demonstranda testimonia s(an)c(t)aru scripturaru.

Diple peristicon. hanc primus leogoras siracusanus posuit homericis uersib(us) ad separatione olympi a celo. Diple peristigmene. id est cu geminis punctis. Hanc antiqui in his opponebant. que zenodotus effesius n(on) recte adiecerat. aut detraxerat. aut permutauerat. in his et n(ost)ri ea usi sunt. Diple obolismene interponitur ad separandos in comedus uel tragoedus periodos. Auersa obolismene quotiens strophe infertur. auersa cu obolo ad ea ponitur que ad aliquid respiciunt. ut nos ne tibi frigiges uertere fundo conamur. nos an miseros qui troas acruus obicit. Diple superne obelata ponitur ad conditiones locoru ac temporum personarumq(ue) mutatas. Recta et auersa superne obelata ponitur finita loco suo monade. significante simile sequente quoq(ue) e(ss)e. Ceraunium ponitur quotiens multi uersus improbantur. nec per singulos obelantur. Ceraunium enim fulmen dicitur.

Crisimon hec sola ex uoluntate uniuscuiusq(ue) ad aliquid notandu ponitur.

Phitron id est frons. hec ubi aliquid obscuritatis e(st) o(b) sollicitudine ponitur.

Anchora superior ponitur. ubi aliqua res magna omnino est. Anchora inferior. ubi aliquid uilissime uel inconuenientius denuntiatu est. Coronis nota tantu in fine libri apponitur. Alogus nota ad mendas adhibetur. Fiunt & alie notule librorum pro agnoscendis his que per extremitatis paginu exponuntur. ut ubi lector in luminare huiusmodi signu inuenerit ad textu recurrens eiusde sermonis uel uersiculi sciat esse expositione cuius simile supiacente nota inuenerit.

R

## DE NOTIS VULGARIBUS

De uulgarib(us) notis

Uulgares notas ennius primus mille et centum inuenit. Notaru usus erat. ut quicquid pro contione aut iudiciis diceretur. librarii scriberent conplures simul stantes diuisis inter se partib(us). quod quisque uerba et quo ordine exciperent. Rome primus tullius tyro ciceronis libertus comentatus e(st) notas. sed tantu prepositionu. Post eu uir samnius filarguis et aquila libert(us) mecenatis alius. alias addiderunt. Deinde seneca contractus omniu digestoq(ue) & aucto numero opus effecit in quinq(ue) milia.

Notę autem dictę eo quod uerba uel syllabas prę fixis caracteribus notent et ad notitiam legentium reuocent. Quas qui didicerunt proprię iam notarii appellantur.

DE NOTIS IURIDICIS.

Quędam autem litterę in libris iuris uerborum suorum notę sunt. quo inscriptio celeris breuiorque fiat. Scribebatur enim uerbi gratia. Per B. et F. bonum factum. Per S. et C. senatus consultum. Per R. et P. res publica. Per P. et R. populus romanus. Per D. et T. dumtaxat. Per supinam W. litteram mulier. Per P. secundum naturam pupillus. Per auerso capite pupilla. Per unam K. caput. Per duo K.K. iuncta calumnia et causa. Per I. et E. iudex esto. Per D. et M dolum malum. Cuius generis plurimę consimiles notę in libris antiquis inueniuntur.

Has iuris notas nouitii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt. quia multos per hęc callidi ingenio ignorantes decipiebant. Atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras. ut nullos errores. nullas ambages afferant. sed sequenda et uitanda aperte demonstrent.

DE NOTIS MILITARIBUS.

In breuiculis quoque quibus militum nomina continebantur. proprię notę erant apud ueteres. per quas inspiceretur quanti ex militibus superessent. quantique in bello cecidissent. T. tau nota in capite uersiculi posita superstitem designabat. Θ theta uero ad uniuscuiusque defuncti nomen apponebatur. Unde et habet per medium telum. id est mortis signum. De qua persius ait. et potis es nigrum uitio prefigere theta. Cum autem inperitiam significare uellent. labda littera usi sunt. sicut mortem significabant cum ponebant theta ad caput. In stipendiorum quoque largitione proprię erant notę.

P τω · grece · recte latine

DE NOTIS LITTERARUM.

Notas etiam litterarum inter se ueteres faciebant. ut quicquid occulte inuicem scriptura significare uellent. mutuo scriberent. Testis est brutus quibus in his litteris ea quę acturus erat notabat. Cęsar quoque augustus ad filium. Quoniam inquit innumerabilia incidunt assidue. quę scribi alterutrum oporteat et esse secreta. habeamus inter nos notas si uis tales. ut cum aliquid notis scribendum erit. pro unaquaque littera scribam sequentem. hoc modo. Pro A. B. Pro B. C. et deinceps eadem ratione cęteras. Pro Z autem littera redeundum erit ad duplicem A.A. Quidam etiam uersis uerbis scribunt.

DE NOTIS DIGITORUM.

Sunt quędam et digitorum notę. sunt et oculorum. quibus secum taciti proculque distantes conloquuntur homines. sicut mos est militaris. ut quotiens consentit exercitus. quia uoce non potest. manu promittat. Alii quia uoce non possunt. gladiorum motu sic ludunt. Ennius de quadam inpudica. quasi in choro pila ludens datatim dat sese et communem facit. Alium tenet. alii nutat. Alibi manus est occupata. alii peruellit pede. alii dat anulum expectandum a labris. alium inuocat. cum alio cantat. Attamen aliis dat digito litteras. et salomon annuit oculo. terit pede. digito loquitur.

XI. DE ORTOGRAFIA.

Ortografia grece. latine recta scriptura interpretatur. Orto enim recte. grafia scriptura dicitur. Hęc disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione. ita ortografia de scribendi peritia. ut puta. Ad. cum est prepositio D. littera. cum est coniunctio T. littera accipit. Haud. quando aduerbium est negandi. D. littera terminatur. et aspiratur in capite. Quando

aut coniunctio ē. per T lyttera sine aspi
ratione scribit. Apud praepositio per
D scribit. sic ad patrem. quoniam ueteres saepe
apud pro ad usi sunt. duabus exceptis mediis lytteris
subtractis. Interdum autem aliae lytterae in loco
aliarum lytterarum rite ponuntur; B. & P lyt
teris quaedam cognatio ē. Nam pro byrro dicimus
pyrrum; C et G quandam cognationem habent.
Nam cum dicimus centum & trecentos. postea di
cimus quadringentos. G ponentes pro C; C.
et Q similiter cognatio est. Nam huiusce per
C. huiusque per Q scribimus; Cum autem
praepositio per C scribenda ē. Si autem ad
uerbum fuerit. per Q. dicimus enim. quin lego.
Os. per E solum. Daemon per dyptongum ē notan
dus; Equus quod ē animal. p E. solum scriben
dum. Aequus quod ē iustus. per ae dyptongum
scribendus; Exsul. addita S. debet scribi.
quia exsul dicitur qui extra solum ē. Exultat. me
lius sine S lyttera scribitur. Nam cum ipsa X ex
C. & S. constat. quomodo cum in ea sit rursus
ei additur. Equor per dyptongum scribendum. quia
ab aqua ē nomen factum. Forsitan. p N scriben
dum in fine. quia integrum ei ē. forte tandem.
Fedus quod est deformis. per E solum scribendum.
Foedus quod ē pactum. cum oe dyptongo scribendum.
Formosus sine. N. scribitur. quia a forma uocatur.
Gnatus quod ē filius. p G. scribendum. quia facit
generatus; H. quae aspirationis lyttera ē.
in latino tantum uocalibus iungitur. ut honor. homo.
humus. Aspiratur autem & consonantibus. sed in grecis
& hebreis nominibus. Heus autem & heu interiectio
nes. p H scribendae; I lyttera inter duas
uocales constituta bis scribi quidam existimabant.
ut in troia et maia. sed haec ratio non permittit.
Nunquam enim tres uocales in una syllaba scribun
tur. sed I lyttera inter duas uocales constituta

p duplici habetur. Id pronomen neutri generis p
D. scribitur. ab eo quod est. is. ea. id. quia facit idem.
Quod si uerbum ē tertiae personae. p T. notabitur.
ab eo quod est. eo. is. it. quia iter facit; K. lytte
ram antiqui praeponebant. quotiens A seque
batur. ut caput. canna. calamus. Nunc autem Kar
tago & kalendae p eandem tantum scribuntur.
Omnia autem greca nomina qualicumque uocali. p K
sunt scribenda. Laetus p dyptongon scribitur.
quia laetitia a latitudine uocata est. cuius contra
rio ē tristitia quae angustiam facit; L autem
lyttera interdum p. D. lyttera utimur. ut la
tum p datum. & calamitatem p cadamitatem. Aca
dendo enim nomen sumpsit calamitas. Maximus
an maxumus. & si qua similia sunt qualiter
scribi debeant. quaesitum ē. uarro tradidit cae
sarem p eiusmodi uerbum enuntiare. solitum
esse & scribi. Inde propter auctoritatem tanti ui
ri consuetudinem factam. ut maximus. optimus.
& maximus pessimus scribatur. Malo. p unam
L. scribendum. quia ē magis uolo. Malle.
p duo. L. L. quia ē magis uelle. Nolo quoque
p unam L. nolle p duo. Nolo enim ne uolo
ē. nolle. ne uelle. Os si uultum. aut ossum sig
nificat. p. O. solum scribendum ē. Si personam.
H. praeponenda ē; Ora finium. p O. hora
dierum. p H scribendum. Onus si de onere
uenit. O solum scribendum. si de honore. cum
aspiratione. Praepositio & praeterea. p dypton
ga scribendum. Pene ū quod est coniunctio per
e dyptongum. poena quod est supplicium;
Q lyttera tunc recte ponitur. cum illam statim
U lyttera subsequitur. & alia quaelibet una
plures ue uocales iunguntur. ita ut una syl
laba fiat. cetera p C scribuntur. Quae pronomen.
cum A. scribendum. Quae coniunctio. sine
A; quid per D lytteram scribitur cum pronomen

est per T cum uerbū est. cuius positio
ē prima. queo. quis. quit. & in cōpositione.
nequeo. nequis. nequit; Quod quando p
nom̄ ē. p D scribendū. quando nume
rus. p T. quia totidē p T scribit;
Quotidie p Q scribendū. n̄ per C. ut sit
quot dieb;. R lyttera cōmunionē habet
cū S lyttera. Itaq; apud antiquos honos.
labos. arbos dicebat. Nunc honor. labor.
arbor. Sat. p T scribi oportet. quia in
tegrū eius facit satis. Sed. per D oportet
scribi. apud antiquos eni sed sedū dicebat.
Nos finales duas lytteras abscidim̄; tamtus
sic & quātus. in medio M habebant. Quā
eni & tam. unde & quantitas. quant̄ & tan
tus; Ve. interiectio cū A. scribenda; ue
cōiunctio. sine A; xpc quia grecum est.
per X scribendū. ita & xrisma; Y & Z
lytteris sola greca nomina scribuntur.
Nam cū iustitię sonū Z. lyttera exp̄mat.
tam̄ quia latinū ē p T. scribendū est.
Sic militia. malitia. nequitia. & cętera simi
lia. In dubus quoq; uerbis c̄suetudo uete
rū erat. ut cū eadem lyttera aliū intel
lectū correpta. aliū p̄ducta haberet. lon
gę syllabę apicem apponebant. Ut pote.
pplus arborē significaret an hominū
multitudinē. apice distinguebat. Sic
& ubi lytterę c̄sonantes geminabant.
Sicilicū sup ponebant. ut cella. serra.
asseres. Veteres eni n̄ dupplicabant
lytteras. sed supra sicilicos apponē
bant. Qua nota admonebatur lec
tor geminandam eē lytteram.

xii DE ANALOGIA.

Analogia grece. latine similiū conpa
ratio siue p̄portio nominat̄. Cui hęc uis
est. ut quod dubiū est ad aliquid simile.
qđ n̄ ē dubiū referat. & incerta
certis p̄bent. Octo aūt modis c̄paratio
analogię colligit̄. Id est qualitate. conpara
tione. genere. numero. figura. casu. Exitu
mitatibus similiū syllabarū. & similitudine
temporū. Si qđ de his unū defuerit. iam n̄
est analogia. id est similitudo. sed est ano
malia. id est extra regulā. ut lepus & lup̄s.
totū c̄uenit. sed dissentiunt casu. Facit eni
lupi. leporis. Nam regularit̄ ē. dū quęris
utrū trames masculinū sit an femininū.
similis est illi in omi declinatione limes.
& erit masculinū. Item funis si incertū gene
ris eē credis. similis illi ē panis in declina
tione. & erit masculinū. Item ex conparati
one positiuorū. ut si dicas doctus magn̄.
positiui s̄. & sui similes. Item & p diminutio
nē. ut pote funē masculinū eē funiculus os
tendit. Sic marmor neutri eē generis mar
musculū indicat. Nā qđ genus in p̄ncipali
tate ē. id eē sol& in diminutione. sed hoc
n̄ semp. ut pistrinū pistrilla. Sed quia scire
debemus expositione declinationē. ex dimi
nutione gen̄ colligere.

xiii DE ETHIMOLOGIA

Ethimologia ē origo uocabulorū. cū uis
uerbi uel nominis p̄ interpretationē colligit̄.
Hanc aristotelis symbolon. cicero adnotati
onē nominauit. quia nomina et uerba re
rū nota facit exemplo posito. ut pote. flu
men q̄a pluendo creuit. a fluendo dictus.
Cui cognitio sepe usū necessariū habet int̄
pretatione sua. Nam dū uideris unde ortū
est nom̄. citius uim ei̊ intellegis. Omis
eni rei inspectio ethimologia cognita pla
nior ē. n̄ aūt omā nomina a ueterib; secd̄m
naturā inposita sunt. sed quędā & secd̄m pla

ossa

ethimologia

analogia

citū. Sicut et nos seruis et possessionibus
interdum sc̄dm q̄d placet nr̄ę uoluntati
nomina damus. Hinc ē q̄d omniū nominū
ethymologię n̄ repperiunt̄. quia quędam
n̄ sc̄dm qualitatē qua genita sunt. sed iux
ta arbitriū humanę uoluntatis
uocabula acceper̄. Sunt aut̄ ethymologiae
nominū aut ex causa datę. ut rex a recte
agendo. aut ex origine. ut homo quia sit
ex humo. aut ex contrariis ut a lauando
lotus. dū lutū n̄ sit mundū. et lucus quia
umbra opacus parū luceat. Quędā & iam
facta sunt ex nominū diriuatione. ut a pru
dentia prudens. Quędā & iā ex uocib; ut
a garrulitate garrulus. Quędā ex greca ethy
mologia orta & declinata in latinū. ut silua.
domus. Alia quoq; ex nominib; locoꝝ. uel
urbiū. siue fluminū traxer̄ uocabula.
Multa & iā & diuersarū gentiū sermone uo
cant̄. Unde & origo eorū uix cernit̄. Sunt
enī pleraq; barbara nomina. & incognita
latinis & grecis. DE GLOSIS.

Glosa

Glosa greca interpretatione linguę sortit̄
nomen. Hanc philosophi aduerbiū dicunt.
quia uocē illā de qua requirit̄. uno et singula
ri uerbo designat. Quid enī illud sit. in u
no uerbo positū declarat. ut conticiscere.
ē tacere. Itē. latus haurit apertū. haurit.
idest petiit. Item cū terminū dicimus. finē.
aut populatas interpretam̄ ēē uastatas. & om
nino cū unius uerbi rem uno uerbo mani
festamus. DE DIFFERENTIIS.

Differentia est species difinitionis. quā
scriptores artiū de eodem & de altero nomi
nant. Hę enī duo quadā int̄ se communi
one c̄fusa. adiecta differentia secernunt̄.
p quā q̄d sit utrūq; cognoscit̄. Ut cū quęrit̄
quid inter regem sit & tyrannū. adiecta
differentia. q̄d utrq; sit difinit̄. ut rex mo
destus & temperatus. tyrannus ū crudelis.
Int̄ hęc enī duo differentia cū posita fuerit.
q̄d sit utrūq; cognoscit̄. sic & cęterę. XIIII

De barbarismo

Barbarismus est DE BARBARISMO.
uerbū corrupta littera uel sono enuntia
tum. Littera. ut floret. dū florebit dicere
oporteat. Sono. si p media syllaba p̄ma pdu
cat̄. ut latebrę tenebrę. Appellat̄ aut̄ bar
barismus a barbaris gentib; dū latinę ora
tionis integritatē nescirent. Una quęq;
enī gens facta romanoꝝ cū opib; suis. uitia
quoq; & uerboꝝ & morū roma transmisit.
Int̄ barbarismū aut̄ & barbarolexin hoc
int̄ est. Quod barbarismus in uerbo latino
fit. dū corrūpit̄. Quando ū barbara uer
ba latinis eloquiis inserunt̄. barbarolexis
dicit̄. Itē quando in p̄sa uitiū fit sermo
nis. barbarismus uocat̄. Quando in metro.
metaplasmus dicit̄. Barbarismus aut̄ fit.
scripto et pnuntiatione. Scripto. quattuor
modis. Si q̄s in uerbo litterā uel syllabā
adiciat. mutet. transmutet. uel minuat.
Pronuntiatione aut̄ fit. in tēporib; tonis
aspirationib;. & reliq̄s quę secunt̄. Per
tempora q̄ppe fit barbarismus.
si p longa syllaba breuis ponat̄ aut pro
breui longa. Per tonos. si accentus [illegible]
in alia syllaba comutet. Per aspiratione.
si adiciat̄ litterā ubi n̄ debet. aut de
trahat̄ ubi ēē oportet. Per hiatum. quo
tiens in pnuntiatione scindit̄ uersus ante
quā compleat̄. Siue quotiens uocalis uoca
lem sequit̄. ut musę. aonides; fit barbaris
mus & p metacismos. Iotacismos & labda
cismos. Metacismus ē quotiens M littę

ram uocalis sequitur· ut bonum aurum· iustum
amicum· Sed hoc uitium aut suspensione M.
litterę aut detractione uitamus· Iotacismus
est quotiens in iota littera dupplicatur sonus·
ut troia· maia· ubi earum litterarum adeo
exilis erit pronuntiatio· ut unum iota in duo
sonare uideantur· Labdacismum· uel si pro uno
L. duo pronuntient· ut afri faciunt· Sic
colloquium pro conloquio· uel quotiens unum L.
exilius· duo largius proferimus· quod contra est.
Nam unum largius· duo exilius proferre debe
mus· Collisio est· quotiens nouissimę sylla
bę finis· in alterius principio est ut mater
tera·

XV DE SOLOECISMIS

Soloecismus est plurimorum uerborum inter
se inconueniens conpositio· sicut barbarismus
unius uerbi corruptio· Verba enim non recta
lege coniuncta· soloecismus est· ut si quis dicat
inter nobis· pro inter nos· Aut date ueniam scelera
torum· pro sceleratis· Dictus autem soloecismus
a ciuibus qui ex urbe soloe· quę nunc pompeiopo
lis appellatur profecti· cum apud alios comoran
tes suam & illorum linguam uitiose inconsequen
ter confunderent· soloecismo nomen dederunt.
Vnde et similiter loquentes soloecismos fa
cere dicuntur· Soloecismus autem apud poe
tas scema dicitur· quotiens in uersu neces
sitate metri factus inuenitur· Cum autem
non in metro necessitas· permanet soloe
cismi culpa· Soloecismus fit duobus mo
dis· aut per partes orationis· aut per acciden
tia· Per partes orationis fit· si alteram par
tem pro altera ponamus· ut pote· si prępositio
nes aduerbiis applicemus· Per accidentia
fit· id est per ea quę accidunt partibus· ut
pote per qualitates· genera· & numeros· fi
guras & casus· Per ista igitur nomina fiunt
soloecismi· sicut donatus exposuit· Fiunt pręterea
& plurimis modis· Nam lucilius centum gene
ra soloecismorum dixit· quos omnes uitare potius
quam sequi debet· qui regulam recte loquendi te
nere studet·

XVI DE CETERIS VITIIS·

Vitia apud grammaticos illa dicuntur quę
in eloquio cauere debemus· Sunt autem hęc·
Barbarismus· soloecismus· acyrologia· cacen
faton· & reliqua· Barbarismus est cor
ruptio uerbi unius· ut si tertiam syllabam
quis producat in ignoscere. Soloecismus
conpositio uitiosa uerborum· Ut si aliquis inter
hominibus dicat· pro inter homines. Acyro
logia non propria dictio· ut liceat sperare timenti·
Proprium timenti· formidare· non sperare· & gra
mineo in campo· Proprium est graminosum
dicere campum· non gramineum· Cacenfaton
dictio obscena· uel inconposite sonans· obscena·
ut his animum arrecti dictis· inconposita· ut
iubat ire & uidere dorica castra· Mala enim
fit conpositio ab ea syllaba incipere· qua su
perior finiebat· Pleonasmos adiectio
unius uerbi superuacua· ut actenus arborum
cultus & sydera celi· Neque enim alibi nisi
in cęlo sunt sydera· Perissologia· adiectio
plurimorum uerborum superuacua· Vt uiuat
ruben & non moriatur· dum non sit aliud uiuere·
quam non mori· Macrologia· longiloquium
res non necessarias conprehendens· Ut legati non
impetrata pace retro unde uenerant domum
reuersi sunt· Tautologia· idem loquium·
ut si fata uirum seruant· si uescitur aura ęthe
rea· neque adhuc crudelibus occubat umbris·
Totum enim quod repetitur una res est· sed crebro
sermone denuntiata· Eclypsis est de
fectus dictionis· in quo necessaria uerba de
sunt· ut cur faretra ex auro· deest enim erat·

e Soloecismo

Glosa

Tapinosis est humilitas statū rei magnę dic
tis infirmans. ut apparent rari nantes in gur
gite uasto. Gurgitē posuit p(ro) mare. Kaco
sinteton. uitiosa c(om)positio. ut uersa que iu
uencū terga fatigamus hasta. Amfibo
lia ambigua dictio. quę fit aut p(er) casum
accusatiuū. ut illud responsū apollinis
ad pyrrum. Aio te eacida romanos uin
cere posse. In quo n(on) est certū. quē in ipso
uersu monstrauerit ēē uictorē. Fit & p(er) in
certam distinctionē. ut bellū ingens ge
ret italia. Incerta distinctio. utrū bel
lum ingens. an ingens italia. Fit et p(er) co
mune uerbū. ut depcatur cato. calūnia
tur cicero. p(o)stulat brutus. dedignat(ur) an
tonius. nec ostendit in hac ambiguitate
utrū ipsi alios an alii ipsos depcati s(un)t
aut calumniati. Fit & p(er) omonima. quo
uno nomine multa significat(ur). ut acies
& n(on) addas. aut ferri. aut oculorū. aut
XVII militum. DE METAPLASMIS.

Metaplasmus greca lingua. latine
transformatio dicit(ur). q(ui) fit in uno uerbo
p(ro)p(ter) metri necessitatē & licentiā poeta
rū. cui(us) species istę sunt. Protesis appo
sitio in principio uerbi. ut gnato p(ro) nato.
& detulit p(ro) tulit. Epentesis. appositio
in medium. ut relliquias. p(ro) reliquias. indu
perat(or) p(ro) imperator. Paragoge. apposi
tio in finem. ut magis p(ro) mage. et potestur
p(ro) potest. Aferesis abscisio de principio.
ut temno p(ro) contempno. Sincope ab
scisio de medio. ut forsan p(ro) forsitan. Apo
cope abscisio de fine. ut sat. p(ro) satis. Ecta
sis p(ro)ductio contra naturā. ut italiā fato.
cū italia correpte dici debeat. Sistole
correptio contra naturā. ut aquosus ori

ori. cū orion p(ro)ducte dici debeat. Diere
sis discisio (diuisio) syllabę in duas. & albai (p(ro) albe) longai (longe).
Episinalife conglutinatio duarū (sillab(arum)) in unā.
ut pheton. p(ro) phaetheton. neri p(ro) nerei. eri
pede p(ro) euripede. Sinalife (col)lisio uo
calium adiuncta uocalib(us). ut atq(ue) ea di
uersa poenit(us) dū parte gerunt. Eclyp
sis (col)lisio c(on)sonantiū cū uocalib(us). ut mul
tū ille & terris iactatus et alto. Anti
tesis contra positio litterę. p(ro) alia litte
ra. ut olli p(ro) illi. Metasis. transpositio
litterę. ut euandre p(ro) euander. & timbre
p(ro) timber. Int(er) barbarismū & figuras.
hoc ē latinā & p(er)fectam elocutionem.
metaplasmū ēē. q(ui) in uno sermone fit
ratione uitiosus. Item int(er) soloecismum
& scema. id est p(er)fectā sermonū conexi
onē. figura ē. quę fit contextu sermo
nū ratione uitiosa. Ergo metaplasma
& scemata media sunt. & discernuntur.
per artia & inpertia. Fiunt aut(em) ador
XVIII natum. DE SCEMATIBUS. De Scematibus

Scemata ex greco in latinū eloquiū
figurę interpretant(ur). quę fiunt in uerb(is)
uel sententiis. p(er) uarias dictionū for
mas p(ro)p(ter) eloquii ornamentū. Hęc dū
multa sint. apud grammaticos istę
inueniunt(ur). Prolemsis ē p(re)sump
tio. ubi ea quę sequi debent ante
ponunt(ur). ut int(er)ea reges ingenti mo
le latinus. Debuit enī sic dicere.
Int(er)ea reges ingenti mole. & stati
adicere. cū sequitur. p(ro)cedunt castris.
Deinde dicere latinus & cęteri. Sed fac
ta ē p(er) ornamtu p(re)sumptio rei. & q(uae)
sequi debuerunt reges int(er)positi s(un)t
in sepe(m) uersi bus. & postea additū

est, p cedunt castris · inde & presumptio qui ante posita sunt · quę sequi debuer.

Zeuma est clausula · cu plures sensus uno uerbo cladunt · Quę fit trib, modis · Na aut in pmo aut in postremo aut in medio id uerbu ponit · qd sententias iungit · In pmo ut uertit enoforis fundos sententia nob · In medio · ut gretia sulptio sorte data · Gallia cotti · In postremo · Namq hoc tempore obsequiu amicos · ueritas odiu parit · Ypozeuxis ē figura supiori contraria · ubi in singulis sensibus ppria unicuiq clausula est · ut regem adit · & regi memorat nomq genusq · Silempsis ē in dissimilib clausulis · aut pluralis dictio singulari uerbo finita · ut sotius & gerere cepto · aut singularis dictio plurali uerbo expleta · ut sunt nob mitia poma · & psicopia lactis · Supra eni sunt dixit · hic debuit dicere · ē & pressicopia lactis · Fit aut sillempsis n solu p partes orationis · sed & p accidentia partib · Nam ubi & p multis un · & p uno multi ponuntur · Silemsis ē & p multis unus · ut est illud · Uteruq armato milite coplent · cu non uno · sed multis militib · Ite p uno multi · Ut in euangelio · latrones q crucifixerant cu eo · in pperabant · ubi p uno uterq induciť blasphemasse · Anadiplosis est quando ab eodem uerbo quo prius us finiuit · sequens uersus incipit · ut ē illud · certent & cignis ululę · sit tityrus orfeus · Orfeus in siluis · int delfinas arion · Anafora ē repetitio eiusdē uerbi p principia uersuum plurimoru · ut nos te dardania incensa · tuaq arma secuti · Nos tumidum sub te p mensi classib, ~ ęquor · Epanafora est in uno uersu p principia sensuum eiusdem uerbi repetitio · ut te nemus anguitię · uitrea te focinus unda te liquidi fluere lacus · Epizeuxis in uno sensu ēgeminatio uerbi · ut sic sic iuuat ire sub umbras · Epanalempsis ē sermonis in pncipio usus posita eiusdē in finē replicatio · ut ē illud · crescit amor nummi · quantu ipsa pecunia crescit · Paronomasia ē in significatione diusa dictio pene ipsa · ut illud · abire an obire te cuenit · id est exulē fieri · an mori · Scesis onomaton multitudo nominu coniunctoru quodā ambitu copulata · ut nubila · nix · grando · p cellę · fulmina · uenti · Paronomeon ē multitudo uerboru ex una littera inchoantiu · quale est apud enniu · o tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti · Sed bene obtemperat uirgilius · du n toto usu utit · hanc figura · ut ennius · sed nunc in pncipio uersus tantu · ut est illud · sen assedens sup arma · Nunc aut in finē · ut sola in tales casus casandra canebat · Homo eoptoton est · cu plurima p unu casu denuntiant · Ut illud · Sed neq currentē · sed nec cognoscit euntē · tollentēq man saxumq inmane mouentē · Homo eoteleuton ē · cu uno modo uerba plurima finiunt · ut abiit · abscessit · euasit · erupit · Polyptoton ē · cu diuersis casib, sententia uariat · ut ex nihilo nihil ad nihilu nil posse reuerti · & martiam apapę marco spondente recusas · Marcus dixit · Ita est · adsigna marce tabellas · Yrmos est sententia continuatę orationis tenorē suu usq ad ultimu seruans · ut est in secessu longo locus insula portu & reliqua · Hic eni in longu uadit sensus · usq ad illud · horrentiq atrum nemus inmi

net umbra. Polisinteton est dictio
multis concatenata coniunctionibus. ut
tectumque laremque armaque amicleumque
canem. Dialiton uel asineton est figu
ra quae contrario sine coniunctionibus solu
te ac simpliciter effertur. ut uenimus. uidi
mus. placuit. Antiteton. ubi contraria
contrariis opponuntur. & sententiae pulchri
tudinem reddunt. ut illud. frigida pugna
bant calidis. humentia siccis. mollia cum
duris. sine pondere habentia pondus.
Ypallage. quotiens cumque per contrarium uer
ba intelleguntur. ut dare classibus austros. cum
uentis naues demus. non nauibus uentos.

## XVIII DE TROPIS

Tropos greco nomine grammatici uocant.
qui latine modi locutionum interpretantur.
Fiunt autem a propria significatione ad non propriam
similitudinem. quorum omnium nomina diffi
cillimum est adnotare. Sed ex omnibus donatus
tredecim usui tradenda descripsit. Meta
fora est uerbi alicuius usurpata translatio.
sicut dicimus fluctuare segetes. gemmare
uites. Dum in his rebus fluctus & gemmas
non inuenimus. in quibus haec uerba aliunde trans
feruntur. Sed haec atque aliae tropicae locutio
nes ad ea quae intellegenda sunt propterea
figuratis amictibus obteguntur. ut sensus le
gentis exerceant. & ne nuda atque in promptu
uilescant. Fiunt autem metaforae modis
quattuor. Ab animali ad animale. ut ali
geros conscendit equos. metaforice loquens.
miscuit quadrupedi alas auis. & quod cursu
deserta petierit. miscuit uolantis cursum
quadrupedis. Ab inanimali ad animale. ut
pontum pinus arat. sulcum premit alta carina.
Miscuit usum terrae aquis. dum arat & sul
cum premere ad terram pertineat. non ad ma
re. Ab inanimali ad animalem. ut florida
iuuentus. Miscuit flores inanimales iu
uentuti quae animam habet. Ab animali
ad inanimale. ut Tene Neptune pater cui
tempora cana crepanti cincta salo re so
nant. Magnus cui perpetue mento profluit
oceanus. & flumina crinibus errant. Men
tum enim tempora et crines non ad oceanum per
tinent sed ad homines. Sic et alia rerum
nomina de alio genere in aliud genus
decentissime decoris gratia transferuntur.
ut oratio perornetur. Metafora autem aut par
tis unius est. ut fluctuare segetes. non potes
dicere segetes fluctus. aut antistrofa est
id est reciproca. ut remigium alarum. Nam
alae nauium & alarum remigia dicuntur. Cata
crisis est alienae rei nomen appositum. Haec eo
a metafora differt. quod illa uocabulum haben
ti largitur. haec quia non habet proprium alieno
utitur. Ut faciemque simillima lauro. et
centauros nunc una ambae iunctisque fe
runt frontibus. et longa sulcant uada
saxa carinae. Dum facies & frons tantundem
animalium & hominum sit. Quod nomen si po
eta naui non apposuisset. quid proprium eidem
parti diceret. non haberet. Metalemsis
tropus a praecedente quod sequitur demonstrat. ut quae ma
nus cartae nodosaque uenit arundo. Nam
per manum uerba per arundinem litterae signi
ficatae sunt. Metonomia transnomi
natio ab alia significatione ad aliam proxi
mitatem translata. Fit autem multis modis.
Aut enim per id quod continet id quod continetur
ostendit. ut theatra plaudunt. prata mu
giunt. Dum illic homines plaudant. hic
boues mugiant. aut contra per id quod conti

De tropis

net &iam proximus. Ardet ucalegon. dum
non ille sed domus eius arderet. Item pro inuento
rem id quod inuentum est. ut sine cerere &
libero friget uenus. et commixta uulcanus
mittet ad astra fauillam. uult enim per cererem
frumenti inuentricem intellegere panem.
Per liberum inuentorem uitis uinum. Per ue
nerem libidinem. Per uulcanum ignem. At co
tra pro inuento inuentorem demonstrat.
Ut uinum poculum pro libero. qui uinum apud gre
cos inuenit. Item pro efficiente id quod effi
citur. Sic pigrum frigus. quod pigros homines
faciat. & timor pallidus. eo quod pallidos
homines reddat. At contra pro id quod effi
citur efficiens. ut iungit equos auro ge
nitor spumantia atque addit frena feris.
Spumantia frena dixit cum utique non ipsa fa
ciunt spumam. sed equus qui ea gerit spu
mis conspergat infusis. Antonomasia
est pro nomine idest uice nominis po
sita. ut maia genitus pro mercurio. Qui
tropus fit modis tribus. ab animo ut
magnanimusque achisiades. A corpore.
ut ipse arduus. extrinsecus. ut infelix
puer atque inpar congressus achilli.
Epitheton supra nomen. preponitur enim pro
prio nomini. ut alma ceres. obscenique
canes. inportunique uolucres. Inter an
tonomasiam autem & epitheton hoc dif
fert. quod antonomasia pro uice nominis
ponitur. epitheton autem numquam sine
nomine. Quibus duobus tropis uel uitu
peramus aliquem. uel ostendimus. uel
laudamus. Sinodoche est conceptio.
cum a parte totum. uel a toto pars intel
legitur. Eo enim & pro specie genus. et pro
genus species demonstrat. Sed spe
cies pars est. genus autem totum. a toto enim
pars intellegitur. Ut quam multe glome
rantur aues ubi frigidus annus. pontum fugat.
Non enim totus annus frigidus est. sed pars an
ni idest hiemps. At contra a parte totum.
ut flammas cum regia puppis extulerat.
Ubi non solum puppis sed nauis. et non nauis. sed
qui in ea. & non omnes. sed unus flammas extulit.
Onomatopeia est nomen adfictum ad imitandum
sonum uocis confuse. Ut stridor ualuarum.
hinnitus equorum. mugitus boum. balatus
ouium; Perifrasis est circumloquium. dum res
una plurimis uerbis significatur. ut auras
uitales carpit. Significauit enim per copula
tionem uerborum unam rem. hoc est uiuit.
Hic autem tropus geminus est. Nam aut ue
ritatem splendide producit. aut feditatem
circuitu euitat. sic placidumque petiuit
coniugis infusus gremio. Hoc enim circuitu
euitat obscenitatem. & decenter ostendit
concubitum. Yperbaton transcensio. cum
uerbo aut sententie ordinem commutat.
Huius species quinque. anastrofe. isteron proteron. paren
tesis. themesis. sinthesis. Anastrofe. uer
borum ordo preposterus. ut lytora circum.
pro circum lytora. Isteron proteron. sententia
ordine mutata. ut postquam altos tetigit
fluctus. & ad equora uenit. & sic tetigit
fluctus. Parenthesis. ubi interponimus
sententiam nostram. qua ex medio remota
integer sermo perdurat. ut eneas. Neque enim
patrius consistere mentem passus amor. ra
pidum ad naues premittit achaten. Nam
illud in medio parenthesis est. Tmesis
est sectio unius nominis per interpositionem
uerborum. ut multum nebule circum dea
fudit amictum. pro circumfudit. Sinthe

sis. ubi ex omni parte confusa sunt uerba. ut illud. Iuuenes fortissima frustra pectora. si uobis audendi extrema cupido est certa sequi. quae sit rebus fortuna uidetis. excessere omnes aditis arisque relictis Di. quibus imperium hoc steterat. succurritis urbi incensae. moriamur. & in media arma ruamus. Ordo talis est. Iuuenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incensae. quia excesserunt dii. unde si uobis cupido certa est me sequi audentem extrema. ruamus in media arma. & moriamur. Yperbole est excelsitas fidem excedens ultra quam credendum est. ut sydera uerberat unda. & terram in fluctus aperit. Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur. Nec tamen a tramite significandae ueritatis erratur. quamuis uerba qua indicat excedant. ut uoluntas loquentis non fallentis appareat. Quo tropo non solum augetur aliquid sed et minuitur. Augetur. ut uelocior euro. mollior pluma. durior saxo. Allegoria est alieni loquium. aliud enim sonat. & aliud intellegitur. ut tres littore ceruos conspicit errantes. ubi tres duces belli punici significantur. uel tria bella punica. & in bucolicis. aurea mala decem misi. id est ad augustum. id est decem eglogas pastorum.

Huius tropi plures sunt species. ex quibus eminent septem. Yronia. antifrasis. enigma. carientismos. paroemia. sarcasmos. astismos. Yronia est sententia per pronuntiationem contrarium habens intellectum; hoc enim tropo callide aut per accusationem aut per insultationem aliquid dicitur. ut est illud. Vestras eure domos. illa se iactet in aula eolus. & clauso uentorum carcere regnet; & quomodo aula. si carcer est. Soluitur enim pronuntiatione. Nam carcer pronuntiatio est. iactet et aula. Yronia est & totum per contraria pronuntiatione adnunciatur. per yroniae speciem. quae laudando deridet.

Antifrasis est sermo e contrario intellegendus. ut lucus quia caret luce per nimiam nemorum umbram. et manes id est mites & modesti. cum sint terribiles & inmanes. & parcas & eumenides furiae. quod nulli parcant uel benefaciant. hoc tropo & nani athlantes. & caeci uidentes. & uulgo & ethiopes argentei appellantur.

Inter yroniam autem & antifrasin hoc distat. Quod yronia pronuntiatione sola indicat quod intellegi uult. ut cum dicimus homini agenti male. bonum est quod facis.

Antifrasis uero non uoce pronuntiantis significat contrarium. sed suis tantum uerbis quorum origo contraria est. Enigma est quaestio obscura. quae difficile intellegitur. nisi aperiatur. Ut est illud. De comedente exiuit cibus. et de forte egressa est dulcedo. Significant ex ore leonis fauum extractum. Inter allegoriam autem & enigma hoc interest. quod allegoria bis gemina est. & sub res alias aliud figuraliter indicat. Enigma uero sensus tantum obscurus est. & per quasdam imagines adumbratus. Carientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur. uti cum interrogantibus. numquid nos quaesierit aliquis. respondetur. bona fortuna. unde intellegitur neminem nos quaesisse. Paroemia est rebus

&temporibus adcommoda tum puerbium. rebus ut contra stimulu calces. Du significat adversus resistendum. temporibus ut lupus in fabula. Aiunt eni rustici uoce hominem pdere. si eu lupus prior uiderit. Unde & subito tacenti dicit istud puerbium. lupus in fabula. Sarcasmos e hostilis irrisio cu amaritudine. ut referes ergo hec & nuntius ibis pelidę genitoris. illi mea tristitia facta. degeneremq neop tolemu narrare memento. Huic contrarius e antismos urbanitas sine iracundia. ut illud. Qui uauiu non odit. amet tua carmina meui. atq idem iungat uulpes. & mulgeat hyrcos. Idest qui uauiu non odit. ppena ei contingat ut diligat meuiu. Fuerunt aut meuius & uauius poetę pessimi et inimici uirgilii. qui hos diligit faciat quę contra natura st. idest iungat uulpes. & mulgeat hyrcos.

Omeosis est. quę latine interpretat similitudo. pquā minus note rei psimilitudinem eius quę magis nota e pandit demonstratio. huius species sunt tres. Yconparabole. paradigma. idest imago. conparatio exemplu. Icon e imago cu figura rei exsimili genere conamr exprimere. ut omia mercurio similis. uocemq coloreq et crines flauos. & membra decora iuuenta. Congrua eni e similitudo de specie. cui psona inducit. Parabola. conparatio. exdissimilib rebus. ut qualis in aruis e fere libię uisus leo cominus hostem csedit. Ibi leoni cęsarem cparauit. n exsuo sed exalio genere similitudine faciens. Paradigma u e exemplu dicti uel facti alicuius. aut exsimili aut exdissimili genere cueniens ei cu ppo nimus rei. ita. tam fortiter perit apud ippone scipio. quā utiq cato.

Similitudo aut tribus modis fit. apari. amaiore. aminore. Apari. ac uelut magno inpplo. cu sępe cohorta e uenit abinsidio seditio. Amaiore adminus. qualiter expssum uentis pnubila fulmen. Aminore admaius. sipotuit manes arcessere cnugis orfeus. treitia fretus cythara. fidibusq canoris. quasi dicat. rẽparua. & breui. Idest. si ille cythara fretus ego pietate.

XX. DE PROSA.

Prosa e pducta oratio. et alege metri solita. Prosum eni antiqui pductu dicebant & rectum. Unde ait uarro. apud plautu psis lectis significare rectis. Unde & iam quę n e pflexa numero sed recta prosa oratio dicit inrectu pducendo. Alii psam aiunt dicta abeo qd sit pfusa. uel abeo qd spaciosius pruat & excurrat. nullo sibi termino prefinito. Pręterea tam apud grecos quā apud latinos. longe antiquiorem cura fuisse carminu. quā prosę. Omia eni prius uersibus cdebant. Prosę aut studiu sero uiguit. primi apud grecos ferecides syrus solita oratione scripsit. Apud romanos aut appius cęcus aduersus pyrru solita oratione primus exercuit. Iam exhinc & cęteri prosę eloquentiam cdiderunt.

XXI. DE METRIS.

Metra uocata quia certis pedu mensuris atq spaciis terminant. Neq ultra dimensionem temporu cstituta pcedunt. Mensura eni grece metru dicit. Uersus dicti abeo qd pedibus inordine suo dis

positis certo fine moderantur particulos.
que cesa & membra nominant. Qui ne
longius provolverentur quia iudicium pos
se sustinere. modum statuit ratio un
de reverteretur. & ab eo ipsum versum vo
catum quod revertitur. Huic adheret rith
mus. qui non est certo fine moderatus.
Sed tamen racionabiliter ordinatis pedibus
currit. qui latine nihil aliud quam nu
merus dicitur. De quo est illud. Nume
ros memini si verba tenerem. Car
men vocatur quicquid pedibus continetur.
Cui datum nomen estimant. seu quod carptim
pronuntiaretur. unde hodie lanam quam pur
gantes discerpunt carminare dicimus.
seu quod qui illa canerent. carere mente
existimabantur. Metra vel a pedibus
nuncupata vel a rebus que scribuntur.
vel ab inventoribus. ut a frequentatoribus.
vel a numero syllabarum a pedibus metra
vocata. ut dactilica. iambica. trocaica.
A troceo enim trocaicum metrum nascitur.
a dactilo dactilicum. Sic et alia a suis
pedibus. a numero ut exametrum. penta
metrum. trimetrum. Nam senarios versus
nos ex numero pedum vocamus. Hos gre
ci quia geminos ferunt trimetros di
cunt. exametros autem latinos primum fe
cisse ennius traditur. eosque longos vocat.
Ab inventoribus metra appellata dicuntur.
Ut anacreonticum. safficum. arciloicum.
Nam anacreontica metra anacreon com
posuit. saffica saffo mulier edidit. Ar
ciloica arcilocus quidam scripsit. colo
fonia colofonius quidam exercuit. So
tad eorum quoque repertor est. sotades gene
re cretensis. Symonidia quoque metra si
monides poeta liricus composuit. a frequen
tatoribus. ut asclepiada. Non enim ea ascle
pius invenit. sed proinde ita vocata
quod ea idem elegantissime & frequen
tissime usus sit. A rebus quoque scri
buntur eroicum. elegiacum. buccolicum.

Unde dicatur heroi[cum]

Eroicum enim carmen dictum. quod eo vi
rorum fortium res et facta narrantur.
Nam eroas appellant viros quasi aerei
& celo dignos propter sapientiam & fortitu
dinem. quod metrum auctoritate cetera
metra precedit. unum ex omnibus tam max
imis operibus aptius. quam parvis sua
vitatis & dulcedinis eque capax.
quibus virtutibus nomen solus optinuit.
ut eroicum vocaretur. Ad memorandas
scilicet heroum res. Nam & preter
ceteros simplicissimus habetur. constatque
duobus pedibus dactilo & spondeo. ac
sepe pene vel ex hoc ut ex illo. nisi
quod temperantissimus fit utriusque mix
tura quam si instruatur a singulis. om
nibus quoque metris prior est. Hunc primum
moyses in cantico deuteronomium
longe ante ferciden & homerum ceci
nisse probatur. Unde apparet antiqui
orem fuisse apud hebreos studium
carminum. quam apud gentiles. equidem
& iob moysi temporibus adequatus. exa
metro spondeoque decurrit. Hunc apud
grecos achathesius milesius fertur primus
composuisse. vel ut alii putant ferecides
syrus. quod metrum ante homerum pitium
dictum est. Post homerum heroicum nomi
natum. pitium autem vocatum volunt eo
quod hoc genere metri oracula apolli
nis sint edita. Nam cum in parnaso pitto

nem serpentem inuindictam matris
sagittis insequeretur. accole delfici.
hoc illum metro ortati sunt dicentes
ut ait terentianus. IHΠΑΙΑΝ. IH
ΠΑΙΑΝ. IHΠΑΙΑΝ. Elegiacus autem
dictus eo quod modulatio eiusdem car
minis conueniat miseris. Terentianus
hos elegos dicere solet. quod clausula
talis tristibus ut tradunt aptior esset
modis. Hic autem uix omnino constat
aquo sit inuentus. nisi quia apud
nos ennius eum prior usus est. Nam apud
grecos sic adhuc lis gramaticorum
pendet. ut sub iudice res legata sint.
Nam quidam eorum colofonium quendam. qui
dam arcilogum auctorem atque inuento
rem uolunt; Boccolicum idest pastora
le carmen plerique syracusis primum con
positum apastoribus opinantur. nonnulli
alace demonie. Namque transeunte in
greciam xerse rege persarum. cum spar
tane uirgines subhostili metu. neque
egredi urbem. neque pompam chorumque
agrestem diane demore exercerent.
turba pastorum nereligio preteriret. eun
dem inceditis cantibus celebrarunt.
Appellatur autem boccolicum abubus dema
iori parte animalium. quamuis opilio
num caprariorumque sermones inhis et can
tica inserantur. Hymnos primum dauid
prophetam inlaude dei conposuisse ac ceci
nisse manifestum est. Deinde apud gen
tiles primum memmia timoe fecit inap
pollinem & musas. que fuit temporibus ennii
longe post dauid. Hymni autem exgreco
inlatinum laudes interpretantur. Epitala
mia sunt carmina nubentium. que de

cantantur abscolasticis inhonorem spon
si & sponse. Hec primum salomon addi
dit inlaude ecclesie & christi. ex quo genti
les sibi epitalamium uindicarunt.
& istius generis carmen assumptum est.
Quod genus primum agentalibus inscenis ce
lebrabatur. Postea tantum innuptiis hesit.
Vocatum autem epitalamium. eo quod inthala
mis decantetur. Trinos quod latine lam
tum uocamus. Primus uersu hieremias
conposuit super urbem hierusalem & po
pulum. quando captiuus ductus est.
Post hunc apud grecos symonides poe
ta liricus. Adhibebantur autem funeribus
atque lamentis. similiter et nunc epitafium
grece. latine supra tumulum. Est enim
titulus mortuorum. qui in dormitione
eorum fit. qui iam defuncti sunt. Scribi
tur enim ibi uita. mores. & etas eorum.
Poesis dicitur greco nomine opus multorum
librorum. poema unius. idillion. paucorum
uersuum. dicti duorum. monosticon unius.
Epigramma est titulus. quod inlatinum sup
scriptio interpretatur. Epi enim sup gramma
lyttera uel scriptio dicitur. Epodon
inpoemate clausula breuis est. Dictum
autem epodon. quod accinatur adspeciem
elegiaci. ubi premisso uno longiore.
alter breuior conponitur. atque insingulis
quibusque maioribus sequentes minores.
quasi clausule recinunt. Clausulas
autem lirici appellant quasi percisos uer
sus integri subiectos. ut est apud ora
tium. Beatus ille qui procul negotiis. Deinde
sequitur percisus. ut prisca gens mortalium.
Sic & deinceps alterni quibus aliqua pars
de est. & ipsi precedentibus similes. sed mi

nores. Centones apud grammaticos uo
cari solent qui de carminibus homeri seu
uirgilii ad propria opera more centena
rio ex multis hinc inde compositis in u
num sarciunt corpus ad facultatem
cuiusque materię. Denique proba uxor ad
elfi centonem ex uirgilio de fabrica mun
di & euangelius plenissime expressit. ma
teria composita secundum uersus. & uersibus se
cundum materiam concinnatis; sic quoque &
quidam pomponius ex eodem poeta inter
cętera stili sui otia titirem in xpi ho
nore composuit. similiter & de eneidos. XXII.

Fabulam poetę DE FABULA.
a fando nominauerunt. quia non sunt res
factę. sed tantum loquendo fictę. Quę
ideo sunt inductę. ut fictorum mutorum
animalium inter se conloquium. imago quę
dam uitę hominum nosceretur. Has primus
inuenisse traditur alemon crotoniensis.
appellanturque hisopicę. quia is apud fri
gas in hac re polluit. Sunt autem fabulę
aut hisopicę aut libisticę. Hisopicę sunt
cum animalia muta inter se sermocinasse
finguntur. uel quę animam non habent. ut ur
bes. arbores. montes. petrę. flumina.
Libisticę autem. dum hominum cum bestiis
aut bestiarum cum hominibus finguntur
uocis esse comertia. Fabulas poetę quas
dam delectandi causa finxerunt. quas
dam ad naturas rerum. nonnullas ad mo
res hominum interpretati sunt. Delectan
di causa fictas. ut eas quas uulgo di
cunt. uel quales plautus & terentius
composuerunt. Ad naturam rerum fabulas
fingunt. ut uulcanus claudus. quia
per naturam numquam rectus est ignis. ut

illa triformis bestia. prima leo. postre
ma draco. media ipsa cimera. id est ca
prea. Aetates hominum per eam uolentes dis
tinguere. quarum ferox est & horrens.
Prima adulescentia. ut leo. dimidium
uitę tempus lucidissimum est. ut caprea.
eo quod acutissime uideat. Tum fit se
nectus casibus inflexis draco; sic & ipo
centauri fabulam esse confictam. id est ho
minem equo mixtum. ad exprimendam huma
nę uitę uelocitatem. quia equum constat esse
uelocissimum. Ad mores. ut apud oratium.
mus loquitur muri. & mustela uulpeculę.
Ut per narrationem fictam ad id [illegible] quod
agitur. uera significatio referatur. Unde
& hysopitales sunt fabulę ad morum finem
relatę. uel sicut in libro iudicum ligna sibi
regem requirunt. & locuntur ad oliuam. &
ad ficum. & ad uitem. & ad rubum. quod totum
utique ad mores fingitur. ut ad rem quę
intenditur ficta quidem ratione. sed
ueraci significatione ueniatur. Sic & de
mostenes orator fabula usus est aduer
sus philippum. Qui cum ab atheniensibus
postularet. ut sibi decem oratores da
rentur. & discederet. finxit ille fabulam.
qua suaderet dicens. Lupos aliquando
pastoribus quorum diligentiam decipere
uoluissent. suasisse. ut in amicitiam
conuenirent. Ea tamen conditione. ut
si canes in quibus erat eorum iurgium
iure illis traderent. Annuisse pasto
res. & in spem securitatis dedisse ca
nes. quos ouium suarum uigilantissimos
custodes habebant. Tunc lupi adep
ta omni formidine. omne quod in gre
gibus illis erat non pro sacietate tantum.

uerū &iam ꝑ libidinē lacerauerunt ·
Philippū quoq; ꝑncipes ppli postulare ·
quo facilius possit opprimere spolia
tam custodibus urbem · DE HYSTORIA ·

I De uocabulo hystorię ·
II De primis auctoribus hystoriarū ·
III De humilitate hystorię ·
IIII De generibus hystorię ·

Hystoria est narratio rei gestę · ꝑ quā ea quę in ꝑteritū facta sunt dinoscunt̄ · Dicta aut̄ grece hystoria · apotoy istorin · idest audere uel cognoscere · Apud ueteres enī nemo conscribebat hystoriā · nisi is q̄ interfuisset · & ea quę ē scribenda eēnt uidisset · Melius enim oculis quę fiunt dephendimus · quā quę auditione colligim̄ · Quę enī uident̄ · sine mendatio ꝑferunt̄ · Hęc disciplina ad grammaticā ptinet · quia q̄cq̄d dignū memorię est · lytteris mandatur · Hystorię aut̄ ideo monumenta dicunt̄ · eo qđ memoriā tribuant rerum gestarū · Series aut̄ dicta ꝑ translationē a sertis florū inuicē conphensarū · Hystoriā aut̄ apud nos ꝑmū moyses de initio mundi ēscripsit · Apud gentiles ū ꝑmū dares frigius de grecis & traianis hystoriā edidit · quā in foliis palmarū ab eo conscripta ēē ferunt · Post daretem aut̄ in grecia erodotus hystoricus ꝑmo abitus est · post quē ferecides claruit his temporibus · quib; esdras legē scripsit · III

Historia gentiū n̄ impediunt legentibus in his quę utilia dixer̄ · Multi enī sapientes ꝑterita hominū gesta ad institutionē ꝑsentiū hystoriis indiderunt · Siq̄dem & ꝑ hystoriā summa retro tēporū annorūq; subputatio cōphenditur · & ꝑ consulū regūq; successus multa necessaria ꝑscrutant̄ · IIII

Gen̄ hystorię tripplex ē · effemeris naq; appellat̄ unī diei gestio · hoc apud nos diariū uocat̄ · Nā qđ latini diurnum · greci effemerida dicunt · Kalendaria appellant̄ · quę in mses singulos digerunt · Annales sunt res singulorū annorū · Quęq; enī digna memorię domi militięq; mari ac terrę ꝑ annos in comentariis acta sunt · ab anniuersariis gestis annales nominauer̄ · Hystoria aut̄ multorū annorū uel tēporū ē · Cui diligentia annui comentarii in libris dilati s̄ · Int̄ hystoriā aut̄ & annalē hoc int̄ ē · Qđ hystoria ē eorū tēporū quę uidim̄ · Annales ū s̄ eorū annorū quos ętas nr̄a n̄ nouit · Unde salustius ex hystoria · liuius · eusepius · & hieronim̄ · ex annalib; & hystoria cōstat · Itē int̄ hystoriā et argumtū · & fabulā int̄ ēē · Nā hystorię s̄ res uerę · quę factę s̄ · Argumta s̄ quę et si factę n̄ sunt · fieri tam̄ possunt · quia contra naturā sunt ·

FINIT LIBER PRIMUS ·
INCIP LIB SECUND DE RETHORICA
INCIPIUNT CAP LIBRI SECUNDI

EXPLICIT INDICULA. INCIPIT TEXTUS

I DE RETHORICA EIUSQ; NOMINE.

Rethorica est bene dicendi scientia in ciuilib; questionib; ad psuadendū iusta et bona. Dicta aūt rethorica a greca appellatione apotu rethoresin. id est a copia locutionis. Resis enī apud grecos locutio dicit̄. Rethor orator. Coniuncta ē aūt grāmaticę arti rethorica. In grāmatica enī scientiā recte loquendi discim̄. In rethorica ū pcipim̄ qualit̄ ea quę didicim̄ pferamus.

Qđ sit rhetorica. et dicat̄.

II DE INVENTORIBUS RETHORICAE ARTIS.

Hęc aūt disciplina a grecis inuenta ē a gorgia. aristotile. hermagora. & translata in latinū a tullio uidelicet & quintiliano. sed ita copiose ita uarie. ut eā lectori admirari inpromptu sit. conphendere īpossibile. Nā mēbranis recensentis qsi adherescet memoriis series dictionis. ac mox repositi recordatio omīs elabitur. Huī disciplinę pfecta cognitio oratorē facit.

Qui sint ei inue

III DE NOMINE ORATORIS ET PARTIBUS RETHORICAE.

Orator ē igit̄ uir bonꝰ dicendi perit̄. Vir bonꝰ ē sistit natura. morib; artib;. Dicendi perit̄ ē sistit artifitiose. Loquentia ē sistit .v. partib; inuentione. dispositione. elocutione. memoria. pnuntiatione. & fine officii qđ ē aliqđ psuadere. Ipsa peritia loquendi in trib; ē sistit. natura. doctrina. usu. Natura ingenio. doctrina scientia. usu assiduitate. Hęc s̄ enī quę ñ solū in oratore. sed in uno qq; homine artifice expectant̄. ut aliqđ efficiant.

Quid sit orato

IIII DE TRIBUS GENERIB; CAUSARU.

Modi causarū tres s̄. Deliberatiuū. demonstratiuū. iudicale. Deliberatiuū ē in q̄ de qbuslibet utilitatib; unt; qđ aut debet aut ñ debet fieri tractatur. Demonstratiuū in q̄ laudabilis psona aut rephensibilis ostendit̄. Iudicale in q̄ de ei pꝰ psonę facto aut poenę aut

premiis sententia datur. Dictum enim iudicale eo quod iudices hominem sententia sua ostendant utrum laudabilis premio dignus sit. aut certe reus condemnari deliberetur que supplicio. Deliberatiuum genus uocatur eo quod de unaquaque re in eo deliberatur. Huius genus dupplex suasio est & dissuasio id est expectando et fugendo & non faciendo. Suasoria in tribus locis diuiditur. Honesto utili & possibile. Hec differt aliquid a deliberatiua quod suasoria eget altera persona. Deliberatiua interdum & apud se agit. In suasoria duo sunt que plurimum ualent. spes & metus. Demonstratiuum dictum quod unamquamque rem aut laudandando aut uituperando demonstrat. quod genus duas habet species. laudem & uituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur ante ipsum. in ipsum. post ipsum. Ante ipsum. ut que te tam leta tulerunt secula. In ipsum. ut o sola infandos troie miserata labores. Post ipsum. ut in freta dum fluuii current dum montibus umbre lustrabunt semper honor nomenque tuum laudesque manebunt. Pari ordine e contrario & in uituperatione hominum hec forma seruanda est. ante hominem. in homine. post hominem. Locus communis ad demonstratiuum uituperationis genus continet. Quod tamen ab eo aliquid differt. Nam uituperatio que contraria est laudi specialiter interdum facientis persone adhibetur. Communis uero locus generaliter in forti crimine preponitur. Unde & communis locus dicitur quod absente persona tantum in homine quantum in ipsum crimen exponitur. Omne enim uitium non in uno tantum sed etiam commune in pluribus inuenitur.

## V. DE STATU CAUSARUM.

Status apud rethores dicitur & res in qua causa consistit. id est constitutio. Greci statum a contentione estas indicant. Latini non solum a pugna per quam expugnent propositionem aduersario. quod in e par utraque consistit. Est enim ex intentione & depulsione. Status enim causarum sunt duo. racionalis et causalis. De rationali oriuntur continentur: finis. qualitas. translatio. Definitiue. iudicalis & negotialis. De iudiciali absoluta & adsumptiua. De adsumptiua concessio remotio criminis conpensatio. De concessione purgatio & deprecatio. Coniecturalis status. cum factum quod ab alio obicitur. ab alio pernegatur. Difinitiuus status est cum id quod obicitur non hoc esse contenditur sed quid illud sit adhibitis difinitionibus adprobatur. Qualitas est. dum qualis res sit queritur. & quia de ui & genere negotii controuersia agitur constitutio generalis appellatur. Translatio est cum causa ex eo pendit quod non aut in his agere uidetur qua oportet. aut quos quo tempore. qua lege. quo crimine. qua pena oporteat. Translatiua constitutio quod actio translationis & commutationis indigere uideatur. Iudicalis est in qua equi & recti natura aut premii aut pene ratio queritur. Negotialis est in qua quid iuris ciuili more excutiente sit considerat. Adsumptiua est. que ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem. Concessio est cum alio aliquid factum non est sed ut ignoscatur postulat quod nos ad penitentes probauimus pertinere. Remotio criminis est. cum id crimen quod infertur a se & a sua culpa ui & potestate in alium reus transferre conatur. Relatio criminis est cum ideo iure factum dicitur. quod aliquis ante iniuria lacessitus sit. Comparatio est cum aliud aliquid alterius factum honestum aut utile contenditur. quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum. Purgatio est cum factum quidem conceditur sed culpa remouetur. Hec partes habet.

VI

tres. inprudentia. casu. necessitate. Depcatio ē. cū peccasse & cōsultū peccasse reus cōfitet. & tam ut ignoscat postulat. Qd̄ gen̄ p raro potest accedere. Itē ex legali statu hęc ori unt. idest scriptū & uoluntas legi cōtraria. ambiguitas. collectio siue ratio natio. & definitio legalis scriptū ē ut uoluntas ē quando uerba ipsa uidet cū sententia scriptor discedere. Legis cōtrarię stat ē. qndo int se due leges aut plures discrepare noscunt.

Ambiguitas ē cū id qd ē scriptū duas aut plures res significare uidet. collectio ut ratio natio ē. qndo ex eo qd scriptū aliud qq qd n̄ scriptū ē inuenit. Definitio legalis est. cū qs in difinitiua cōstitutione in q posita sit querit. Stat g tā rationalis quā legalis a qb:dam certi cnumerati dece & septem. certū sedm rethoricos dece & octo reperi unt. ppt ea qa translatione int rationales pncipale adsisit stat. Inde se & ia ipse cicero rep hendens translatione legalib: statū hui adplicuit.

VI DE TRIPERTITA CONTROVERSIA

Tripertita contro uersia iuxta cicerone aut simplex ē. aut iuncta. & si iuncta erit. cōsiderandū est utrū ex plurib: questionib: iuncta sit. an ex aliq cparatione. Controuersia simplex ē quę absoluta ctinet una questione hoc modo. ca... rentis bellū indi[ci] an non. Iuncta ē ex plurib: questionib: in qua plura querunt hoc pacto. utrū cartago diruat. an cartaginensib: reddat. an in ea colonia de ducat. Ex cparatione. utrū poti an potissimū. querit ad hunc modū. utrū exercitus in macedonia ctra philippū mittat q sue cessit auxilio. an teneat in italia. aut quā maxime ctra annibalem copia sit.

VII DE QUATTUOR PARTIBUS ORATIONIS

Partes orationis in rethorica arte quattuor s. exordiū. narratio. argumtatio. cclusio. Harū pma auditoris animū puocat. scda res gestas explicat. tia assertionib: fac. quarta fines toti orationis cōplectit. Inchoandū ē itaq talit. ut beniuolū. docibile. ut auditore faciam. Beniuolū precando. docibile instruendo. adtentū excitando. Narrandū ē itaq. ut breuit atq apte loquam. Argumtandū ē ita. ut pmū nra firmem. dehinc adusa cōstringam. Concludendū ē ita. ut ctentem animū audientis implere quę diximus.

VIII. DE QUINQUE MODIS CAUSARUM.

Species causarū quinq s. honestū. admirabilē. humile. anceps. obscurū. Honestum causę gen ē. cui stat sine oratione nra fabet anim auditoris. Admirabile. eo qd ē aliena cura nimis cor qs auditu ri s. Humile ē. qd neglegit ab auditore. Anceps ē. in q aut iudicatio aut causa honestatis & tpitudinis particeps. ut beniuola parit offensa. Obscurū. in qua aut tardi audientes s aut difficiorib: ad cognoscendū negotiū causa cernit implicata.

VIIII. DE SYLLOGISMIS RETHORICIS.

Syllogism grecę. latine argumtatio dicit. Argumtatio eni dicta ē qsi acutę mtis oratio. qa inuentū pbabile exeqm. Syllogism igit ē ppositionis & assumptionis cōfirmationisq extrema cclusio. aut ex ambigentis incerto. aut ex fidutia cpbantis. Constat eni trib: partib:. assumptione. cclusione. ppositione. qd bonū ē. tpe usū habet. ccludit eni peccunia bonū nom ē. Syllogismos eni n̄ solū rethor

res sed maxime dialectici utunt. licet apos
sepe pponat. adsumat. cfirmet atq; cclu
dat. quia ut diximus ppę artis dialecticę
& rethoricę s. Solocismoq; apud rethores
genera duo s principalia. inductio & ratio
cinatio. Inductionis membra s tria. Prima
ppositio. scda inlatio. q & sumptio dicit. Tertia
cclusio. Inductio quę reb; n dubiis capt
adsensione ei cuinstituta e. siue int phi
losophos. siue int rethores. & int sermoci
nantes. Propositio inductionis e. quę si
militudinis ccedendę rei necessario uni
induc aut plurimu. Inlatio inductionis
e quę & adsumptio dicit. quę rem de qa c
tendit & cui causa similitudinis abte st.
introduc. Conclusio inductionis e quę
ea ccessione inlationis cfirmat. & qd ex
ea cficiat declarat. Ratiocinatio e oratio
quę id de q e questio cpbat. Enthimema
igit inpfat mns cceptio. quę inpfecta
syllogismon solet artigrafi nuncupare.
Na induab; partib; argumti forma csistit.
qndo id qd ad fidē ptinet faciendā utit.
sillogismoq; legē pterit. ut e illud. Si te
pestas uitanda e. n e igit nauigandu. Ex
sola eni ppositione cstat ee pfectu. Unde
magis de rethorib; qua dialecticis cue
nire iudicatu e. Ratiocinationis modi s
duo. Prim enthimema q e inpfectus
sillogismi atq; rethoric. Scdus epicere
ma. qe in rethoricis & latior sillogismis.
Enthimematis mebra s qnq. Primu cuin
cibile. scdm ostentabile. tium sententiale.
quartu exemplabile. qntu collectiuu. Con
uincibile e. qd euidenti ratione cuincit.
sicuti fec cicero pmilone. Cuius igit mor
tis sed & eius ultore. eui uita si potuis pus re

stitui posse noletis. Ostentabile e. qd cer
ta rei demonstratione cstringit. Sic cice
ro in cantilena. hic tam uiuit. immo etia
in senatu uenit. Sententiale e. qd sententia
generalia dic. ut apud terrentiu. obsequiu
amicos. ueritas odiu parat. Exemplabile e.
qd alicui exempli cparatione euentu simi
le cominat. sic cicero in filippicis. te miror
antoni. quorum ea exempla meditaris eoru
exitus n ptimescere. Collectiuu e. cu in unu
quę argumta s colligunt. Sic ait cicero pmi
lone. Quē igit cu gra noluit. hunc uoluit
cu aliquoq; querela. quē iure. quē loco. quē
tepore n e ausus. hunc iniuria alieno te
pore cu periculo capitis n dubitabit occide
re. Preterea scdm uictorinu enthimematis
est altera definitio ex sola ppositione. sicu
ia dictu e. qa ita cstat. si tepestas uitanda
e. n e nauigatio reqrenda. Ex sola adsupti
one. ut e illud. Si inimicos occidit inimi
cus. & qa illi de e cclusio. enthimema uo
cat. Sequit epicerema descendens de ratioci
natione latior & executior rethoricus syl
logismus. ppt qd rethorib; dat. Hic eni
cstat modis trib;. Prim modus tripertit
e. Scds quadriptit. tertius qnqpertitus.
Triptit epicerimaticus. Epicerimaticus syl
logismus e. qd cstat mebris trib;. Idest p
positione. adsumptione. cclusione. Qua
driptitusq; cstat ex mebris quattuor. Pri
ma ppositione. scda adsumptione. & una
ppositionis ut adsumptionis adiuncta. Ter
tia pbatione & cclusione. Quinquepartit
itaq; e. q cstat ex mebris qnq. Idest pma
ppositione. scda pbatione. tertia adsupti
one. quarta ei pbatione. qnta cclusione.
Hanc cicero ita facit in arte rethorica, si de

liberatio & demonstratio genera sunt causarum. non possunt recte partes alicuius generis causę putari. Eadem enim res aliud genus & pars non potest. ut cetera quoque syllogismi huius membra claudantur.

X. DE LEGE

Lex est constitutio populi. quod maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex uel imperator edicit. constitutio uel edictum uocatur. Institutio ęquitatis duplex est. Nunc in legibus. nunc in moribus. Inter legem autem & mores hoc interest. Quod lex scripta est. mos uero est uetustate probata consuetudo. siue lex non scripta. Nam lex a legendo uocata. quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum. quod pro lege suscipitur cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat. quando & legem ratio commendet. Porro si ratione lex constat. lex erit omne iam quod ratione constiterit. Dumtaxat quod religioni congruat quod disciplinę conueniat. quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo. quia in communi est usu. Omnis autem lex aut permittit aliquid. ut uir fortis petat premium. aut uetat. ut sacrarum uirginum nuptias nulli petere liceat. Aut punit. ut qui cedem fecerit capite plectatur. Factę sunt autem leges. ut earum metu humana coherceatur audatia. tutaque sit inter improbos innocentia. & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim premio aut pena. uita moderatur humana. Erit autem lex honesta. iusta. possibilis. secundum naturam. secundum consuetudinem. patrię. loco. tempori que conueniens. Necessaria. utilis. manifesta quoque. ne aliquid per obscuritatem in captione contineat. nullo priuato commodo. sed pro communi ciuium utilitate conscripta.

XI. DE SENTENTIA

Sententia est dictum inpersonale. ut obsequium amicos. ueritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta. chrian erit. ita. Offendit achilles agamemnonem uera dicendo. Metrofanes promeruit gratiam tridatis obsequendo. Nam inter chrian & sententiam hoc interest. Quod sententia sine persona profertur. chrian sine persona numquam dicitur. Unde si sententię persona adiciatur. fit chrian. Si detrahatur. fit sententia.

XII. DE CATASCEYA ET ANASCEYA

Catasceua est confirmatio propositę rei. Anasceua autem contraria superiori est. Reuincit enim non fuisse aut non esse quod natum aut factum aut dictum esse proponitur. Ut si quis chimeram neget fuisse. aut fuisse confirmet. Inter hęc & thesin hoc interesse. Quod thesis quamuis et ipsa habeat disputationem in utraque parte. tamen incertę rei quasi quędam deliberatio ut quaeratio est. Catasceuę autem & anasceuę quę ueri similes non sunt. sed pueris proponuntur. plerumque usitantur. Anasceuę prima diuisio est inconueniens & mandatum. Inconuenientes species sunt. quod inhonestum est & quod inutile. Item inhonestum tractatur aut indictis aut infactis. Indictis. ut si quis indecora & non respondentia auctoritati dixisse dicatur. ut ut si aliquid in famem cathonem illum censorium inuenitur illam ad nequitiam & luxuriam coartatum. Infactis. ut si quis aborrens aliquid a sermonia & nomine suo fecisse dicatur. ut est fabula

de adulterio martis & ueneris. Mendatium tres habet species. incredibile quod factum non esse credatur. Ut adolescentem qui de siculo litore ingredientes affricam classe uideret. Inpossibile est. ut clodius insidias miloni fecerit. & idem occisus sit a milone. Contrarium est. Nam si insidias fecit. occidit. Occisus est. non fecit insidias. Haec distributio inctarium reformata. catasceue perderit. Oportebit tamen principia sic ordinare. credendum esse ueterum auctoritati. aut fabulis fidem non habendam esse dicamus. & ad id postremum in anasceua requiramus. ne quid aliud significare uoluerint qui ista finxerunt. Ut scillam non marinam sed maritimam feminam. nec succincta canibus. sed rapacem aliquam & inhospitalem uenientibus extitisse.

## XIII DE PROSOPEIA

Prosopeia est cum inanimalium & persona & sermo fingitur. Cicero in catilina. Etenim si mecum patria meaque uita mea multo est carior loqueretur dicens & cetera. Sic & montes & flumina uel arbores loquentes inducimus. personam inponentes rei que non habet naturam loquendi. quod & tragoedis usitatum & in orationibus frequentissime inuenitur.

## XIIII DE ETHOPEIA

Ethopeiam uero illam uocamus. in qua hominis personam fingimus. pro exprimendis affectibus aetatis. studii. fortunae. letitiae. sexus. meroris. audaciae. Nam cum piratae persona suscipitur. audax. abrupta. temeraria erit oratio. Cum feminae sermo simulatur. sexui conuenire debet oratio. Iam uero adulescentis. & senis. & militis. & imperatoris. & parasiti. & rustici. & philosophi. diuersa oratio dicenda est. Aliter enim loquitur gaudio affectus. aliter uulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda. quis loquatur. & apud quem. & de quo. & ubi. & quo tempore. quid egerit. quid acturus sit. aut quid pati possit. si haec consulta neglexerit.

## XV DE GENERIBUS QUESTIONUM

Genera questionum sunt duo. Quorum unum est finitum. alterum infinitum. Finitum. ypothesis grece. latine causa dicitur. ubi cum certa persona controuersia est. Infinitum. quod grece thesis. latine propositum nominatur. Hoc personam non habet certam. nec inest aliqua certa circumstantia. id est nec locus nec tempus. In causa uero certa omnia sunt. unde quasi pars causae est propositum.

## XVI DE ELOCUTIONE

Iam uero in elocutionibus illud uti oportebit ut res. locus. tempus. persona. audientis eflagitat. Ne prophana religiosis. ne inuerecundia castis. ne leuia grauibus. ne lasciua seriis. ne ridicula tristibus misceantur. Latine autem & perspicue loquendum. Latine autem loquitur qui uerba rerum uera & naturalia persequitur. Nec a sermone atque cultu presentis temporis discrepat. Huic non satis uidere quid dicat. nisi hic quoque apte & suauiter dicere. ne id quidem tantum. nisi id quod dicat & facere.

## XVII DE TRIMODO GENERE DICENDI

Dicenda sunt quoque submissa leniter. incitata grauiter. inflexa moderate. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi. humile. medium. grandiloquum. Cum enim magna dicimus. granditer proferenda sunt. Cum parua dicimus. subtiliter. Cum mediocria. temperate. Nam in paruis causis nihil grande. nihil sublime dicendum est. sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem maioribus ubi de deo uel hominum salute referimus. plus magnificentiae & fulgoris est exhibendum. In temperatis uero causis ubi nihil agitur ut agat. sed tantummodo ut delectetur auditor. In utrumque moderate dicendum est. Sed et quamuis de magnis rebus quisque dicat. non tamen semper granditer di

cere debet. sed submisse: cu docet. temperate:
cu aliqd laudat ut uituperat. grandit: cu ad
cuersione auersos animos puocat. Utenda
tam uerba in summisso genere sufficientia.
in temperato splendentia. in grandi uehementia.

**VIII DE COLA ET COMMATA ET PERIODIS**

Componit aut instruiturq; omis oratio. uerbis.
coma & colon. & periodon. Coma particula
e sententiae. colon membru. periodus ambi
tus ut circuit. Fit aut ex coniunctione uerboru
coma. ex comate colon. ex colon periodus. Co
ma e iuncturae finitio. ut puta. & si uereor
iudices. Ecce unu coma seqt & aliud coma.
Ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere. & fac
tu e colon id est mebru. qd intellectu sen
sui pstat: sed adhuc pendet oratio. Sicq; de
inde ex plurib; mebris fit periodus. id est
extrema sententiae clausula. Ita uetere iu
diciorum more requirunt. Periodus aut lon
gior ee n debet. qua ut uno spu pferatur.

**VIIII DE VITIIS LITTERARUM ET UERBORUM.**

Praeterea puru & honestu oratoris eloquium
carere debet omib; uitiis. ta in litteris qua
in uerbis. qua & ia in sententiis. In litteris. **XXI**
ut iunctura apta & cueniens sit. Et sic obser
uandu. ne pcedentis uerbi extrema uocalis
in eande uocale pma incidat ubi sequentis.
Ut feminae egregiae. Quae structura melior fit.
si c sonantes uocalib; adplicant. Triu qq; cso
nantiu quae in se incidentes stridere & quasi
rixare uident. uitanda iunctura e. id est.
R. S. X. Ut ars studiiq; rex xerses. error romu
li. fugienda e & c sonans. cu in lisa uocalib; ut
**XX** ueru enim. **DE IUNCTURIS UERBORUM.**
In uerbis quoq; cauenda s uitia.
ut n in ppa uerba ponant. quae greci acirolo
gia uocant. Amanda e ergo pprietas. Sic tam.
ut aliquando ppt humilitate sordidi aut spur
ci uocabuli translatis nominib; sit utendum.
Non tam longe accersita. sed ut ueris pxima & cog
nata uideant. Fugienda & ia yperbata lon
giora. quae fieri sine aliq sensuu cfusione n
possunt. Ambiguitas qq; & uitiu illud cauendu.
cu qda iactatione eloquentiae ducti qd uno
aut duob; uerb significare poterant. inposi
tis inanib; uocib; longa & circuflexa ambage
ccludunt. Qd uitiu pirsologia uocat. Cui con
trariu uitiu e. ut breuitatis studiu sit & ia
necessaria uerba furari. Fugienda s qq; sic
in litteris & uerb. ita & in sententiis uitia
quae int pma gramaticoru studia cognoscun
tur. Sunt aut cacenfaton. tautologia. ellem
sis. acirologia. macrologia. perissologia.
pleonasmos. & his similia. Ac contra oratio
ne extollet & exornat energia. Tu enfasis
quae plus qd dam qua dixerit intellegi fac.
ut si dicas adgtam scipionis ascendet. Et
uirgilius dimissu lapsi p fune. Cu enim dic
lapsi altitudine imaginis suggerit. Huic
ctraria uirt e uerb minuere. quae natura
sua magna s.

**DE FIGURIS UERBORUM ET SENTENTIARU.**

Augetr & ornat oratio & ia figuris uerboru
ac sententiaru. Na quia directa & ppetua
oratio fatigatione atq; fastidiu ta dicen
ti qua audienti creat. flectenda e & in
uarias uersanda formas. ut & dicentem
reficiat & ornatior fiat. & iudice diuso
uultu ab utroq; deflectat. E quib; plurimae
supius a donato in scematib; artis gram
maticae adnotatae s. Unde tantu illa hic
uit poni oportuit. quae in poemate aut
nuq aut difficule fiunt. in oratione

aut libere. SUPRA.

ITEM CAPITULI IN LIBRO QUO



## I DE DIALECTICA.

Dialectica est disciplina ad disserendas rerum causas inventa. Ipsa est phylosophię species quę logica dicitur. id est rationalis. diffiniendi. querendi. & disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus questionum. quemadmodum disputanda vera et falsa diiudicentur. hanc quidem primi phylosophi in suis dictionibus habuerunt. non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinę argumenta perduxit. & dialecticam nuncupavit. pro eo quod in ea de dictis disputatur. Nam lecton dictio dicitur. Ideo autem rethoricam disciplinam dialectica sequitur. quia in multis utrique communes existunt.

## II DE DIFFERENTIA DIALECTICĘ ET RETHORICĘ ARTIS.

Dialecticam vero & rethoricam varro in novem disciplinarum libris tali similitudine definivit. Dialecticę rethorica est. quod in manu hominis pugnus adstrictus & palma distenta. Illa verba contrahens. ista distendens. Dialectica siquidem ad disserendas res acutior. rethorica ad illa quę nititur docenda facundior. Illa ad scolas nonnunquam venit. ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos. hęc frequenter & populos. Solent autem philosophi antequam ad ysagogen veniant exponenda definitione phylosophię ostendere. quo facilius ea quę ad eam pertinent demonstrent.

## III DE DIFFINITIONE PHYLOSOPHIĘ

Phylosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi coniuncta. hęc duabus ex rebus constare videtur. scientia & opinatione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. Opinatio autem cum adhuc incerta res latet. & nulla ratione firma videtur. Ut puta. sol utrum ne tantus quantus videtur an maior sit quam omnis terra. Item luna globosa sit an concava. & stellę utrum ne adhereant celo. an per aerem libero cursu ferantur. Celum ipsum qua magnitudine. qua materia constet. utrum quietum sit & inmobile. an incredibili celeritate volvatur. Quanta sit terrę crassitudo. aut quibus fundamentis librata & suspensa permaneat. Ipsum autem nomen latine interpretatum. amorem sapientię profitetur. Nam greci philo amorem. sophia sapientiam dicunt. Phylosophię species tripertita est. Una naturalis quę grece fisica appellatur. In qua de naturę inquisitione disseritur. Altera moralis quę grece ethice dicitur. in qua de moribus agitur. Tertia rationalis. quę greco vocabulo logica appellatur. In qua disputatur quemadmodum in rerum causis vel vitae

mores ueritas ipsa queratur. Infisica igitur cau
sa querendi. Inethica ordo uiuendi. Inlo
gica ratio intellegendi uersatur. Fisicam apud
grecos primus perscrutatus est tales milesius unus
ex septem illis sapientibus. Hic enim ante alios ce
li causas atque uim rerum naturalium contempla
tione suspexit. Quam postmodum plato inquattuor
diffinitiones distribuit. id est arithmeticam.
geometricam. musicam. astronomiam. Aethicam
socrates primus adcorrigendos conponendosque
mores instituit. atque omne studium eius adbe
ne uiuendi disputationem perduxit. Diuidens
eam inquattuor uirtutibus anime. id est pru
dentiam. iustitiam. fortitudinem. temperantiam.
Prudentia est inrebus qua discernuntur abonis
mala. Fortitudo qua aduersa equanimiter
tolerantur. Temperantia qua libido concupis
centiaque rerum frenatur. Iustitia qua recte iu
dicando sua cuique distribuuntur. Logicam que
rationalis uocatur plato subiunxit. perquam dis
cussis rerum morumque causis uim earum rationa
biliter perscrutatus. Diuidens eam indialecticam &
rethoricam. Dicta autem logica id est rationalis.
Logos enim apud grecos & sermonem significat
& rationem. Inhis quippe tribus generibus philo
sophie & nostra eloquia diuina consistunt. Nam aut
de natura disputare solent ut ingenesi &
inecclesiasten. aut demoribus ut inpuerbiis
& inomnibus sparsim libris. Aut delogica pro
qua nostri theologica sibi uindicant. ut in
cantica canticorum & euangeliis. Item aliqui doc
torum philosophiam innomine & partibus suis
ita definierunt. Philosophia est diuinarum huma
narumque rerum inquantum homini possibile est
probabilis scientia. Aliter. Philosophia est ars
artium & disciplina disciplinarum. Rursum
philosophia est meditatio mortis. quod magis
conuenit christianis qui seculi ambitione calcata con
uersatione disciplinabili similitudine futu
re patrie uiuunt. Philosophia diuiditur in
duas partes. Prima inspectiua. secunda inactu
ale. Alii definierunt philosophie rationem in
duabus consistere partibus. Quarum prima inspec
tiua est. secunda actualis. Inspectiua dicitur.
qua supgressi uisibilia de diuinis aliquid &
celestibus contemplamur ea que mente solummodo in
spicimus. quoniam corporeum supgrediuntur optu
tum. Inspectiua diuiditur intribus modis.
id est prima innaturalem. secunda indoctrinalem.
tertia indiuinam. Naturalis dicitur. ubi uniu
cuiusque rei natura discutitur. quia nihil ge
neratur inuita. sed unumquodque his usibus depu
tatur. inquibus acreatore definitum est. nisi forte
cum uoluntate dei aliquod miraculum prouenire mons
tratur. Doctrinalis dicitur scientia. que abstractam
considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas
dicitur. quam intellectu amateria separantes
uel abaliis accidentibus. ut est par inpar. uel
alia huiuscemodi insola ratione tractamus.
cuius species sunt quattuor. Arithmetica. geo
metrica. musica. astronomia. Diuinalis di
citur. quando ineffabilem naturam dei aut spi
ritales creaturas exaliqua parte profundissi
ma qualitate disserimus. Doctrinalis diui
ditur inquattuor. Id est prima inarithmetica.
secunda ingeometrica. tertia inmusica.
quarta inastronomia. Arithmetica est disci
plina quantitatis numerabilis secundum se.
Geometrica est disciplina magnitudinis in
mobilis & formarum. Musica est disciplina
que denumeris loquitur. qui ad aliquid sunt his qui
inueniuntur insonis. Astronomia est disciplina
cursus celestium siderum. que figuras con
templatur omnes & abitudines stellarum

circa se & circa terram indagabili ratione percurrit. Actualis diuiditur in tribus. Id est prima in moralem. secunda dispensatiuam. & ciuilem. Porro actualis dicitur. quae res propositas operationibus suis explicare contendit. Cuius partes sunt tres. Moralis. dispensatiua. & ciuilis. Moralis dicitur per quam mos uiuendi honestus appetitur. & instituta ad uirtutem tendentia praeparantur. Dispensatiua dicitur cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis dicitur. per quam totius ciuitatis administratur. IIII.

## DE YSAGOGIS PHORPHIRII

Post philosophiae definitiones in quibus generaliter omnia continentur. nunc ysagogas phorphirii expediamus. Ysagoga quippe graece latine introductio dicitur. eorum scilicet qui philosophiam incipiunt. Continens in se demostrationem primarum rationum de qualibet re. quae sit sua. quae certa. ac substantiali definitione declaratur. Nam posito primo genere. deinde species & alia quae uicina esse possunt subiungimus. ac discretis communionibus separamus. Tam diu interponentes differentias. quousque ad proprium eius de quo quaerimus signata eius expressione perueniamus. Ut puta. homo est animal rationale. mortale ~~mortale~~ & terrenum. bipes. risu capax genus est. Cum dictum est animal. substantia hominis declarata est.

Est enim ad hominem genus animal. Sed quia late patebat. adiecta est species terrenum. iam exclusum est id quod aut aetherium. aut humidum est.

Differentia uero. ut bipes. quae propter animalia posita est. quae multis pedibus innituntur. Item rationale. propter illa quae ratione egeant. Mortale autem. propter id quod angelus non est. Postea discretis atque seclusis. adiectum est proprium in parte postrema. Est enim solum hominis. quod ridet. Sic perfecta est omnis ex parte definitio ad hominem declarandum. Cuius disciplinae definitionem plenam existimauerunt aristoteles & tullius. ex genere differentiis consistere. Quidam postea pleniores in docendo eius perfectam substantialem definitionem in quinque partibus uelut membris suis diuiserunt.

Quarum prima est de genere. secunda de specie. tertia de differentia. quarta de proprio. quinta de accidenti. Genus. ut animal. est enim uocabulum generale & commune omnium animam habentium. Species. ut homo. Est enim specialitas qua separatur a ceteris animantibus. Differentia. ut rationale. mortale. His enim duobus differt homo a ceteris.

Cum enim dicitur rationale. discernitur ab inrationabilibus mutis. quae non habent rationem. Cum mortale discernitur ab angelis. qui nesciunt mortem. Proprium ut risibile. Homo est enim quod ridet. & hoc praeter hominem nullius animalis est. Accidens. ut color in corpore. doctrina in animo. Haec enim temporum uarietate & accidunt & mutantur. & est ex omnibus his quinque partibus oratio plenae sententiae ita. Homo est animal rationale. mortale. risibile. boni malique capax. Sic & iam in omni oratione substantiali tam diu interponere debemus species & differentias. quamdiu seclusis omnibus quae hoc idem esse possunt. ad id perueniatur. ut proprietas iam certa teneatur. Ysagogas autem ex greco in latinum transtulit uictorinus orator. Commentumque eius quinque libris boetius edidit.

## DE CATEGORIIS ARISTOTELIS

Secuntur aristotelis cathegoriae quae latine praedicamenta dicuntur. Quibus per uarias significationes omnis sermo conclusus est. Instrumenta cathegoriarum sunt tria. Id est prima secunda tertia denominata multarum rerum num est. Sed non eadem ut leo. Nam quantum ad nomen pertinet. & uerus & pictus

& celestis leo dicitur. Quantum ad definitionem pertinet. aliter uerus definitur. aliter pictus. aliter celestis. Vniuoca sunt quando duarum aut plurium rerum unum nomen est & definitio. ut uestis. Nam & birrus & tunica & nomen uestis possunt accipere. & eius definitionem. Ergo hoc uniuocum in generibus esse intellegitur. quia & nomen & definitionem dant formis suis. Denominatiua idest diriuatiua dicuntur. quecumque ab aliquo solo differentie casu secundum nomen habent appellationem. ut a bonitate bonus. a malitia malus. Cathegoriarum autem species decem sunt. idem substantia. quantitas. qualitas. relatio. situs. locus. tempus. habitus. agere. & pati. Substantia est. que proprie & principaliter dicitur. que neque de subiecto est ut aliquis homo. ut aliquis equus. Secunde autem substantie dicuntur. in quibus speciebus ille que principaliter substantie primo dicte sunt insunt atque clauduntur. ut in homine cicero. Quantitas est mensura. per quam aliquid. ut magnum ut minus ostenditur. ut longus breuis. Qualitas est. ut qualis sit. orator an rusticus. niger aut candidus. Relatio est. que refertur ad aliquid. Cum enim dicitur filius. demonstratur & pater. Hec relatiua simul incipiunt. Namque seruus ac dominus uno tempore exordium nominis sumunt. nec aliquando inuenitur dominus prior seruo. nec seruus domino. Alterum enim alteri preesse non potest. Locus est. ubi sit. in foro. in platea. Loci autem motus. partes sex habet. Dextram & sinistram. ante & retro. sursum atque deorsum. Partes quoque iste sex duo habent. longe & prope. Tempus. ut hodie. heri. Porro situs a positione dictus. ut quis aut stet. aut sedeat. aut iaceat. Habitus. ab habendo aliquid dictus. ut habere scientiam in mente. uirtutem in corpore. circa corpus uestimentum. & cetera que ad habendi modum designatio a doctoribus numero comprehendit. Iam uero agere & pati. ab agentis & patientis significatione consistunt. Nam scribo. uocis actum habet. quoniam facientis rem indicat. Scribor patientis est. quoniam pati se ostendit. In his enim nouem generibus quorum exempli gratia quedam posita sunt. ut in ipso substantie genere que est usia. innumerabilia repperiuntur. Nam & ea que intellectu capimus. id ad aliquod horum decem predicamentorum sermone uulgamus. Plena enim sententia de his ita est. Augustinus magnus orator filius illius. stans in templo hodie infulatus disputando fatigatur.

De x. cathegoriis

Vsia autem substantia est. id & proprium que ceteris subiacet. Reliqua nouem accidentia sunt. Substantia autem dicitur. ab eo quod omnis res ad se ipsam subsistit. & ideo substantia est. Illa uero accidentia que in subsistente atque subiecto sunt. substantie non sunt. quia non subsistunt. sed mutantur sicut color ut forma. De subiecto autem & in subiecto. quasi de ipso & in ipso. Vbi enim dicitur de subiecto substantia est. quasi dicatur de substantia. Vbi autem dicitur in subiecto accidentia sunt. idest que accidunt in substantia. ut quantitas. qualitas. ut figura. De subiecto igitur genera & species in subiecto accidentia sunt. Generis nouem accidentibus tria intra usiam sunt. quantitas & qualitas & situs. Hec enim sine usia esse non possunt. Extra usiam uero sunt locus. tempus & habitus. intra & extra usiam relatio facere & pati. Appellatas autem cathegorias constat. quia non possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere. nisi aliquem hominem sibi ponat ante oculos quasi subiectum nominis. Hoc opus aristotelis intellegendum est. Quando dictum est. quicquid homo loquitur inter decem ista predicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros

intellegendos. qui siue rhetoribus siue dialecticis applicant.

## VI DE PERIERMENIIS

Sequitur dehinc liber ARISTOTELIS periermenias subtilissimus nimis. et per uarias formas iterationesque cautissimus. De quo dicitur. Aristotelis quando periermenias scriptitabat calamum in mente tingebat. Omnis quippe res quae una est et uno significatur sermone. aut per nomen significatur aut per uerbum. quae duae partes orationis interpretantur totum quicquid conceperit mens ad eloquendum. Omnis enim elocutio conceptae rei mentis interpres est.

Hanc aristotelis uir in rerum expositione et faciendis sermonibus peritissimus periermenian nominat. quam interpretationem nos appellamus. Scilicet quod res mente conceptas prolatis sermonibus interpretetur. Per catafasin et apofasin. id est adfirmationem et negationem. Per adfirmationem. ut homo currit. Per negationem. ut homo non currit. In his itaque periermeniis supradictus philosophus de septem speciebus tractat. id est de nomine. de uerbo. de oratione. de enuntiatione. de adfirmatione. de negatione. de contradictione. Nomen est uox significatiua secundum placitum sine tempore. Cuius nulla pars est significatiua separata. ut socrates. Verbum est quod significat tempus. cuius pars nihil extra significat. sed semper eorum quae de altero dicuntur notat. cogitat. disputat. Oratio est uox significatiua. cuius partium aliquid separatum significatiuum est. ut socrates disputat. Enuntiatiua oratio est uox significatiua. de eo quod est aliquid uel non est. ut socrates est. socrates non est. Adfirmatio est. enuntiatio alicuius de aliquo. ut socrates est. Negatio est alicuius ab aliquo. ut socrates non est. Contradictio est adfirmationis et negationis oppositio. ut socrates disputat. socrates non disputat.

Vtilitas periermeniarum haec est. quod ex his interpretamus syllogismi fiunt. Vnde et analectica pertractat.

## VII DE FORMULIS SILLOGISMORUM

Sequuntur dehinc dialectici syllogismi. ubi totius artis utilitas et uirtus ostenditur. Quorum conclusio plurimum lectorem adiuuat ad ueritatem inuestigandam. tantum ut absit ille error decipiendi aduersarium per sofismata falsarum conclusionum.

Formulae cathegoricae id est praedicatiuae syllogismorum sunt tres. Primae formulae modi sunt nouem.

Primus modus est qui conducit. id est qui colligit ex uniuersalibus dedicatiuis. Dedicatiuum uniuersale directum. ut omne iustum honestum. omne honestum bonum. omne igitur iustum bonum. Secundus modus est qui conducit ex uniuersalibus dedicatiuis et abdicatiuis. Abdicatiuum uniuersale directum. ut omne iustum honestum. nullum honestum turpe. nullum igitur iustum turpe. Tertius modus est qui conducit ex dedicatiuis particulari et uniuersali. Dedicatiuum particulare directum. ut quoddam iustum honestum. omne honestum utile. quoddam igitur iustum utile. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicatiua et uniuersali abdicatiua. Dedicatiuum particulare directum. ut quoddam iustum honestum. nullum honestum turpe. quoddam igitur iustum non est turpe. Quintus modus est qui conducit ex uniuersalibus dedicatiuis. particulare dedicatiuum per reflexionem. ut omne iustum honestum. omne honestum bonum. quoddam igitur iustum bonum. Sextus modus est qui conducit ex uniuersali dedicatiua et uniuersali abdicatiua. Abdicatiuum uniuersale per reflexionem. ut omne iustum honestum. nullum honestum turpe. nullum igitur turpe

iustu. Septimus modus e qui conducit ex particulari & uniuersali dedicatiuo. Dedicatiuu particulare preflexione. ut quodda iustu honestu. omne honestu utile. qdda igit utile iustu. Octauus modus e q conducit ex uniusalib. abdicatiua & dedicatiua particulare abdicatiuu preflexione. ut nullu turpe honestu. omne honestu iustu. qddam igit turpe n e iustu. Nonus modus e q conducit ex uniusali abdicatiua & particulari dedicatiua. Dedicatiuu particulare preflexione. ut nullu turpe honestu. qddam honestu iustu. qddam igit iustu n e turpe. Formule scde modi s quattuor. Prim modus e q conducit ex uniusalibus dedicatiua & abdicatiua. Abdicatiuu uniuersale directim. ut omne iustu honestu. nullu turpe honestu. nullu igit turpe iustu.

S cds modus e q conducit ex uniusalib. abdicatiua & dedicatiua. Abdicatiuu uniusale directim. ut nullu turpe honestu. omne iustu honestu. nullu igit turpe iustu. Tertius modus e q conducit ex particulari dedicatiua & uniuersali abdicatiua. Abdicatiuu particulare directim. ut qdda iustu honestu. nullu turpe honestu. qdda igit iustu n e turpe. Quartus modus e q conducit ex particulari dedicatiua & uniusali abdicatiua. Dedicatiuu particulare directim. ut qdda iustu n e turpe. omne malu turpe. qdda igit iustu n e malu. Formule tertie modi s sex. Prim modus e q conducit ex dedicatiuis uniusalib. Dedicatiuu particulare tam directim qua reflexim. ut omne iustu honestu. omne honestu iustu. omne iustu bonu. omne bonu iustu. qdda igit honestu bonu. qddam bonu honestu. Scds modus e q conducit ex dedicatiuis particulare & uniusali. dedicatiuu & particulare directim. ut qddam iustu honestu. omne iustu bonu. qdda igit honestu bonu. Tertius modus e q conducit ex dedicatiuis uniusali & particulari. Dedicatiuu particulare directim. ut omne iustu honestu. qddam iustu bonu. qdda igit honestu bonu.

Quart modus e q conducit ex uniusali dedicatiua & particulari abdicatiua. Abdicatiuu particulare directim. ut omne iustu honestu. nullu iustu malu. qdda igit honestu n e malu.

Quint modus e q conducit ex dedicatiua particulari & abdicatiua uniusali. Abdicatiuu particulare directi. ut qdda iustu honestu. nullu iustu malu. qdda igit iustu n e malu.

Sextus modus e q conducit ex dedicatiua uniuersali & abdicatiua particulari. Abdicatiuum particulare directu. ut omne iustu honestu. qdda iustu n e malu. Qdda igit honestu n e malu. Has formulas cathegoricoru sillogismoru q plene nosse desiderat. libru legat q inscribit periermenias apulei & que supra[…] lius s tractata cog[…]nosceet. Distincta[…] eni atq; considera[…]ta ad magnas […] intellegentie […] uias lectorem […] pstante dno utilit introducunt. Nunc ad ypoteticos sillogismos ordine sequenti ueniam.

VIII. DE MODIS SILLOGISMORV YPOTETICORV M.

Primus modus e si dies e. lucet. est aut dies. lucet igit. Scds modus e. si dies e. lucet. n lucet. n e igit dies. Tertius modus e ita. n e dies e & n lucet atq; dies e. lucet igit. Quart modus e ita. aut dies e aut nox. atq;

dies est. nox igitur non est. Quintus modus ita. Aut dies aut nox. atque nox non est. dies igitur est. Sextus modus est ita. Non est dies. est et non lucet. Dies autem est. nox igitur non est. Septimus modus est ita. Non dies est nox. atque nox non est. dies igitur est. Modum autem ypoteticorum syllogismorum. siquis plenius nosse desiderat. librum legat marii uictorini. qui inscribitur de syllogismis ypoteticis. Hinc ad dialecticas definitionum species accedamus. que tanta dignitate precellunt ut possent in dictiorum apte manifestationes. et quedam indicia dictionum ostendere.

VIIII DE DIVISIONIBUS DEFINITIONUM.

Definitio est philosophorum que in rebus exprimendis explicat quid res ipsa sit. qualis sit. et quemadmodum membris suis constare debeat. Est enim oratio breuis. uniuscuiusque rei naturam a communione diuisam propria significatione concludens. Diuisio definitionum in partes quindecim habetur. Prima species definitionis est usiodis. id est substantialis. que proprie ... et uere dicitur definitio. ... ut est homo animal ... rationale. mortale. sensus disciplineque capax. Hec enim definitio per species ... es et differentias descendens uenit ad proprium. et designat plenissime quid sit homo. Secunda species definitionis est. que grece ennoematice dicitur. latine notio nuncupatur. Quam notionem communi non proprio nomine possumus dicere. Hec isto modo semper efficitur. Homo est quod rationali conceptione et exercitio preest animalibus cunctis. Non enim dixit quid est homo. sed quid agat. quasi quodam signo in notitiam deuocato. In ista enim et in reliquis notitia rei profertur. non substantialis explicatio declaratur. Et quia illa substantialis est. definitionum omnium optinet principatum. Tertia species definitionis est. que grece poiotes dicitur. latine qualitatiua uocatur. quia ex qualitate nomen accepit. pro eo quod quid quale sit. id quod sit euidenter ostendit. Cuius exemplum tale est. Homo est qui ingenio ualet. artibus pollet. et cognitione rerum. aut quod agere debet eligit. aut animaduersione quod inutile sit contemnit. His enim qualitatibus expressus ac definitus homo est. Quarta species definitionis est. que grece ypograficen. latine a tullio descriptio nominatur. que adhibita circuitione dictorum factorumque rem que sit descriptione declarat. Queritur enim quid auarus sit. quid crudelis. quid luxuriosus. et universa luxuriosi auari. crudelis. naturam describitur. ut si luxuriosum uolumus definire dicimus. Luxuriosus est uictus non necessarii sed sumptuosi et onerosi appetens. in deliciis affluens. in libidine promptus. Hec et alia definiunt luxuriosum. sed per descriptionem definiunt. Que species definitionis oratoribus magis apta est quam dialecticis. quia latitudines habet. Que similitudo in bonis rebus ponitur et in malis. Quinta species definitionis est quam grece cata antilexin. latine ad uerbum dicimus. Hec uoce illam qua de qua dicitur requiritur. alio sermone designat. uno ac singulari. et quodammodo quid illud sit in uno uerbo positum. uno uerbo alio declarat. ut conticiscere est tacere. Item cum terminum dicimus finem. aut populatas interpretamur esse uastatas. Sexta species definitionis est quam greci catadiaforan. nos per differentiam dicimus. Scriptores uero artium de eodem et de altero nominant. Ut cum queritur quid inter sit inter regem et tyrannum. adiecta differentia quid uterque

(margin:) NT
(margin:) diuisione xv. habe pareos
(margin:) o[illegible]

sit definit. Id est, rex est modestus et temperans. Tyrannus uero impius et inmitis. Septima species definitionis est quam greci catametaforan. latini per translationem dicunt. Ut cicero in topicis. Litus est qua fluctus eludit. Hoc varie tractari potest. Modo enim ut moneat. modo ut designet. modo ut uituperet aut laudet. Ut moneat. nobilitas est uirtutis maiorum apud posteros sarcina. Ut designet. apex est arx corporis. Ut laudet. adulescentia est flos etatis. Ut uituperet. diuitie sunt breuis uite longum uiaticum. Octaua species definitionis est quam greci cata aferesin ut oienentoi. latini per priuantiam contrarii eius quod definitur dicunt. Bonum est quod malum non est. Iustum est quod iniustum non est. et his similia. Hoc autem genere definitionis uti debemus cum contrarium notum est. ut sic. bonum est quod prodest cum honestate. id quod tale non est. malum est. Nona species definitionis est quam greci cata ypotyposin. latini per quandam imaginationem dicunt. ut eneas est ueneris et anchise filius. Hec semper in indiuiduis uersatur. que greci athoma appellant. Decima species definitionis est. quam greci cata ellipes olo clero homogenus. latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt. ut si queratur quid sit animal. respondeatur ut homo. Rem enim questitam predictum declarauit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis quod sit illud quod queritur declarare. Undecima species definitionis est. quam greci cata analogiam. latini iuxta rationem dicunt. id est per indigentiam pleni ex eodem genere. Ut si queratur quid sit triens. respondeatur que cui bis deest ut sit assis. Duodecima species definitionis est quam greci cata epenon. id est per laudem. ut tullius pro cluentio. lex est mens et animus et consilium et sententia ciuitatis. et alter. Pax est tranquilla libertas; fit et per uituperationem. quam greci psogon uocant. ut seruitus est postremum malorum omnium non modo bello sed morte quoque repellenda. Tertia decima species definitionis est quam greci cata ton prosti. latini ad aliquid uocant. Ut est illud. Pater est cuius est filius. dominus cui est seruus. Quarta decima species definitionis est cata tonris. ut cicero in rethoricis. genus est quod plures amplectitur partes. Item pars est que subest generi. Quinta decima species definitionis est quam greci cata etilogian. latini secundum rei rationem uocant. Ut dies est sol supra terras. nox est sol sub terras. Scire autem debemus predictas species definitionum topicis merito esse sociatas. quoniam inter quedam argumenta sunt posite. et nonnullis locis commemorantur in topicis. Nunc ad topica ueniamus. que sunt argumentorum sedes. fontes sensuum et origines dictionum.

## DE TOPICIS

De topicis

Topica est disciplina inueniendorum argumentorum. Diuisio topicorum siue locorum ex quibus argumenta ducuntur triplex est. Nam alia in eo ipso de quo agitur herent. alia que dicuntur effecta. que quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur. aliaque adsumuntur extrinsecus. Argumenta que in eo ipso de quo agitur herent. in tribus diuisa sunt. Prima a toto. Secunda [...] a parte. Tertia a nota. Argumentum [...] a toto. cum definitio adhibetur ad [...] id quod queritur. Sic ait cicero. Gloria est [...] laus recte factorum magnorumque in re publica fama meritorum. A partibus est argumentum. cum [...] quis se defendit aut negat factum. aut [...] factum esse iure defendit. A nota est argumentum. cum ex ui nominis argumentum aliquod dicitur. ut cicero. Consulem inquam querebam quem in isto maiali inuenire non poteram. Effecta argumenta sunt que quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur. Sunt autem [...] numero tredecim. Id est primum [...] a coniugatis argumentum

e cu declinat a nomine & fit uerbu · ut cice
ro · Verrem dic euerris se punctia ut nom au
bo cu latrocinari dicit latro · nom e latro ·
Nom a nomine · terentius · inceptio e amtiu (at hec inceptio)
haud amantiu · Du modo dictet uni appella
tionis postremitas in alia uocis declinatione
formata · Sedm argumtu a genere e · cu eo
de sententia a genere ducit · ut urgili uariu
& mutabile gen · Tertiu a specie argumtu e ·
cu generali questioni fide species fac · ut n
sic frigus penetrat lacedemona pastor · A si
mili argumtu e · qndo reb aliqb similia pfe
runt · Suggere tela m nullu dextera frus
tra torserit in rutulos · steterunt q icorpore
gra iu yliacis capis · A differentia argumtu
e qndo p differentia aliq separant ut urgili ·
Non diomedis eqs · nec curru cernis achillis ·
A contrariis argumtu dicit · qndo res discre
pantes sibimet opponunt · Vt urgili · morta
li ne manu facte inmortale carine fas ha
beant · certus q incerta picula lustres eneas ·
A csequentib argumtu dicit · qndo posita re
aliqd ineuitabilit cseqt · ut urgili · Non ea
uis animo ne tanta supbia uictis · Ab ante
cedentib argumtu e · qndo aliq
ex his que pus gesta s cpbant ·
ut cicero p milone · cu n dubita
uerit aperire · qd cogitauerit ·
uos potestis dubitare qd fecerit · A repug
nantib argumtu e · qndo illud qd
obicit aliq e cotrarietate destruit · Igit
n modo de tali piculo liberat · sed honore
amplissimo dotatus · dom te inficere uolu
isset · A coniugatis argumtu e · cu contro dubi
lit ostendit qd sit ex re quaq uenturu · ut
urgilius · Nos si pel lanti nihil ab
fore credunt · q n omne

bes pia sua sub iuga mittat · A causis argumtu e ·
qndo csuetudine comuni res queq tractant ·
Vt terentius · Ego nihil uerit su dudu abste ·
cauere ne faceres · qd uulgus seruq sol & dolis
ut me deluderes · Ab effectis argumtu e · cu ex
his que facta s aliqd adpbat · Vt urgilius · de
generes animos timor arguit · A comparatione
argumtu e · qndo p collocatione psonaru siue
causaru sententie ratio sub imputatione form
Vt urgilius · Tu potes gnean manib subducere
graium · aliqd ctra rutulos iuuisse nefandu e ·
I te argumta que ducunt extrinsecus que gre
ante nos idest artis expertes uocant · ut e testi
moniu · testimoniu u cstat · Hec diuidit in q
modis · Primu ex psona · Sedm ex natura auc
toritate · Tertiu ex tempori · Quartu ex dictis
factis q maioru · Quintu ex tormtis · Tertius g
supior modus qe ex tempori · in octo species
di riuat · Prima ingenio · Secda opib · Tertia
etate · Quarta fortuna · Quinta arte · Sexta
usu · Septima necessitate · Octaua ccursio
fortuitoru · Testimoniu om e · qd ab aliqua
exna re sumit ad faciendam fide · Persona
n qua lis cuq e que testimonii pondus ha
bet ad faciendam fide · sed moru pbitate de
bet ee laudabilis · Nature auctoritas e · que
maxima in uirtute csistit · Testimonia multa
s · que afferant auctoritate · Idest ingenium
opes · etates · fortune · ars · usus ·
necessitas & ccursio reru fortuitaru · A dic
tis factis q maioru petit fides · cu prisci e
dicta facta q memorant · A tormtis fides
pbet · p que nemo credit uelle mentiri ·
Ca u que tractant in tempore · qa sui nomini
bus plana s definitione n indigent · Memo
rie quoq certu e topica oratorib · dialecti
cis · poetis & iuris peritis comunit qd e argu

menta praestare. Sed quando aliquid specialiter probant ad rhetores, poetas, iuris peritosque pertinent. Quando vero generaliter disputant ad philosophos attinere manifestum est. Mirabile plane genus operis in unum potuisse colligi quicquid mobilitas aut varietas humanae mentis in sensibus exquirendis per diversas causas poterat invenire; conclusit liberum ac voluntarium intellectum. Nam quocumque se verterit, quascumque cogitationes intraverit, in aliquid eorum

XI quae praedicta sunt necesse est cadat ingenium.

## DE OPPOSITIS

Contrariorum genera quattuor sunt, quae Aristotelis anticimena id est opposita vocat, propter quod sibi velut ex adverso videntur obsistere ut contraria. Nec tamen omnia quae opponuntur sibi contra-

XII ria sunt, sed omnia contrariis opposita sunt.

Primum genus est contrariorum quod iuxta Ciceronem diversum vocatur, pro eo quod tantum sibi contrariae opponuntur ut non eorum sint quibus opponuntur, ut sapientia stultitiae. Quod genus in tres species dividitur. Nam sunt quaedam eius quae medium habent, et sunt quaedam quae sine medio sunt, et quaedam sunt quae habent medium et tamen sine nomine sunt, nisi utrumque ei vocabulum crescat. Candidum et nigrum medium habent, quia inter eos saepe color pallidus vel fuscus invenitur. Sine medio sunt quorum unum de duobus accidit, ut sanitas vel infirmitas; horum nihil est medium. Ea autem quorum media sine nomine sunt, ut felix, infelix, medium habent non felix. Secundum genus est relativorum quae ita sibi opponuntur ut ad se conferantur, sic duplum simplum. Hoc solum oppositorum genus ad se refertur. Non enim est maius nisi ad minus referatur, et simplum nisi ad duplum. Nam relativum relativo ita opponitur ut hoc ipsum quod opponitur ad id cui opponitur quocumque modo referatur. Dimidium enim opponitur duplo, eiusque dupli medium est; sed ita illi opponitur ut eius sit cui opponitur. Sic et parvum cui opponitur magnum, ita ut ipsum parvum ad magnum cui opponitur sit parvum. Nam superiora quae dicuntur contraria ita sibi opponuntur ut eorum non sit quibus opponuntur, nec ad ea quocumque modo referantur. Siquidem iniquitas iustitiae ita contraria est ut non eiusdem iustitiae iniquitas sit aut ad illam sit iniquitas. Tertium genus est oppositorum habitus vel orbatio. Quod genus Cicero privationem vocat, quia ostendit aliquid quempiam habuisse unde privatus est. Cuius species sunt tres. Quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore congruo. In re, ut caecitas visio. In loco, ut caecitatis et visionis in oculis locus est. In tempore congruo, ut infantem non dicere sine dentibus eum cui dentes adhuc aetas parva negavit. Non enim est privatus dentibus quos nondum habuit. Quartum vero genus ex confirmatione et negatione opponitur, ut Socrates disputat, Socrates non disputat. Haec a superioribus ideo differt quod illa singulatim dici possunt, haec nisi conexe dici non possunt. Quod genus quartum apud dialecticos multum habet conflictum, et appellatur abeis valde oppositum. Siquidem et tertium non recipit. Nam ex illis quaedam habere tertium possunt, ut in contrariis candidum nec nigrum sed fuscum vel pallidum. In relativis quoque, ut multa et parva, tertium eius nec multa nec parva sed mediocria. In habitu vel orbatione, ut visio et caecitas, tertium eius nec caecitas nec visio sed lippitudo. Hic ergo leget, non leget, tertium nihil habet.

## CAPITULA

EXPLICIT CAPITULA. INCIPIT LIBER DE ARITHMETICA.

I Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstracta considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quae intellectu a materia separantes, ut ab aliis accidentibus, ut est par, inpar, ut ab aliis huiuscemodi in sola ratione tractamus. Cuius species sunt quattuor. Id est arithmetica, musica, geometrica et astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina quae de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. Geometrica est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur, atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulolatius indicamus, ut earum causae conpetenter possint ostendi.




II DE VOCABULO ARITHMETICAE DISCIPLINAE

III Arithmetica est disciplina numerorum. Graeci enim numerum rithmon dicunt. Quam scriptores saecularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quoniam ipsa ut sit nulla alia indiget disciplina. Musica autem et geometrica et astronomia quae secuntur, ut sint atque subsistant, istius egent auxilio. Numeri disciplinam apud Graecos primum Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho diffusius esse dispositam; quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt.


IIII QUID SIT NUMERUS.

uid sit numerus

Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta. Nam unum semen numeri esse, non numerum.

V UNDE NUMERI DICTI.

Numero nummus nomen dedit, et a sui frequentatione vocabulum indidit. Unus a Graeco nomen trahit. Graeci enim unum ena dicunt. Sic duo et tres, quos illi dia et tria appellant. Quattuor vero a figura quadrata nomen sumpsit. Quinque autem non secundum naturam, sed secundum placitum voluntatis vocabulum accepit ab eo qui numeris nomina indidit. Sex autem et septem a Graeco veniunt. In multis enim nominibus quae in Graeco aspirationem habent nos s pro aspiratione ponimus. Inde est pro hex sex, pro hepta septem, sicut pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translationem sicut illi, et nos ita. Illi nea nos novem. Illi deca nos decem. Dicti autem decem a Graeca ethymologia eo quod ligent et coniungant infra iacentes numeros. Nam desmos coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti dicti quod sint decem bis geniti, u pro b littera posita. Triginta quod ternario denario gignantur. Sic usque ad nonaginta. Centum vero vocatum a canton, quod est circulum. Ducenti a duo centum. Sic et reliqui usque ad mille. Mille autem a multitudine, unde et militia quasi multitia. Inde et milia, quae Graeci mutata littera miriades vocant.




VI QUID PRAESTENT NUMERI.

Ratio numerorum contemnenda non est. In multis enim sanctarum scripturarum locis quantum mysterium habent elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura et numero et pondere fecisti. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et quadraginta dies, quibus Moyses et Helias et ipse Dominus ieiunaverunt, sine numerorum cognitione non intelleguntur. Sic et alii in scripturis sacris numeri existunt, quorum figuras nonnisi noti huius artis scientes solvere possunt. Datum est etiam nobis ex magna parte sub numero consistere disciplina. Quando horas per eam discernimus, quando mensuum curricula subputamus, quando spatium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus, et omnia pereunt. Adime saeculo conputum, et cuncta ignorantia caeca conplectitur. Nec differri potest a ceteris animalibus, qui calculi nescit rationem.

VII DE PRIMA DIVISIONE PARIUM ET INPARIUM.

Numerus dividitur in paribus et inparibus. Par numerus dividitur in his: Pariter par, pariter inpar, et inpariter par, inpariter inpar. Inpar numerus dividitur in his: Primum et simplum, secundum et conpositum, tertium medio ...cre, quod quodammodo primus et inconpositus, alio vero modo secundus et conpositus est. Par numerus est qui in duabus aequis

partibus diuidi potest. ut duo. quattuor & octo. Inpar uero numerus est qui diuidi equis partibus nequit. uno medio uel deficiente uel superante. ut tres. quinque. septem. & nouem. & reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter diuiditur. quousque ad indiuisibilem perueniat unitatem. Ut puta sexaginta & quattuor. habet medietatem triginta & duos. Hic autem sedecim. sedecim uero octo. octonarius quattuor. quaternarius duo. binarius unum. qui singularis indiuisibilis est. Pariter inpar est. qui in partes equas recipit sectionem. sed partes eius mox inde insecabiles permanent. Ut sex. decem & octo. triginta. quinquaginta. Mox enim ut hunc numerum diuiseris. incurres innumerum quem secare non possis. Inpariter par numerus est. cuius partes & iam diuidi possunt. sed usque ad unitatem non perueniunt. ut uiginti quattuor. Hi enim in medietate diuisi. duodecim faciunt. Rursusque in alia medietate sex. Deinde in alia tres. & ultra diuisionem non recipit. secare non possis. Inpariter inpar est. qui ab inpari numero inpariter mensuratur. Ut uiginti quinque. quadraginta nouem. Qui dum sint inpares numeri. ab inparibus & iam partibus diuiduntur. ut septies septeni quadraginta nouies. & quinquies quini uicies quinquies. Inparium numerorum alii simplices sunt. alii compositi. alii mediocres. Simplices sunt. qui nullam aliam partem habent nisi solam unitatem. ut ternarius solam tertiam. & quinarius solam quintam. & septenarius solam septimam. His enim una pars sola est. Compositi sunt. qui non sola unitate metiuntur. sed etiam alieno numero procreantur. ut nouem. quindecim. & uiginti & unus. Dicuntur enim ter terni & septies terni. Ter quini & quinquies terni. Mediocres numeri sunt. qui quodammodo simplices & incompositi esse uidentur. Alio uero modo & compositi. ut ubi gratia nouem ad uiginti quinque dum comparatus fuerit. primus est & incompositus. quia non habet communem numerum nisi solum monadicum. Ad quindecim uero si comparatus fuerit. secundus est & compositus. quoniam inest illi communis numerus preter monadicum. Id est trinarius numerus qui nouem mensurat ter terni & quindecim ter quini. Item pariu numerorum alii sunt superflui. alii diminutiui. alii perfecti. Superflui sunt. quorum partes simul ducte plenitudinem suam excedunt. Ut puta duodenarius. Habet enim partes quinque. Duodecimam quod est unum. Sextam quod duo. Quartam quod tria. Tertiam quod quattuor. Dimidium quod sex. Unum enim & duo & tria & quattuor & sex simul ducta sedecim faciunt. & longe a duodenario excedunt. Sic et alii similes plurimi ut duodecimus & multi tales. Diminutiui numeri sunt. qui partibus suis computati minorem summam efficiunt. Ut puta denarius cuius partes sunt tres. Decimam quod est unum. quintam quod duo. dimidiam quod quinque. Unum enim & duo & quinque simul ducta octonarium faciunt. longe a denario minorem. Similis est huic octonarius uel alii plurimi qui in partes redacti infra consistunt. Perfectus numerus est. qui suis partibus adimpletur ut senarius. Habet enim tres partes. Sextam. tertiam. dimidiam. Sexta eius unum est. tertia duo. dimidia tres. Hae partes in summum ducte. id est unum & duo & tria. simul eundem consummant perficiuntque senarium. Sunt autem perfecti numeri intra denarium sex. intra centenarium decem & octo. intra millenarium quadringenti nonaginta & sex.

VIII DE SECUNDA DIVISIONE TOTIUS NUMERI

Omnis numerus aut secundum se consideratur. aut ad aliquid. Iste diuiditur sic. Alii enim sunt equales alii inequales. Iste diuiditur sic. Alii sunt maiores. alii sunt minores. Maiores diuiduntur sic. I. multiplices. II. superparticulares. III. superpartientes. IIII. multiplices superparticulares. V. multiplices superpartientes. Minores diuiduntur sic. I. sub

multiplices .ii. Subsuperparticulares .iii. Subsuperpartientes .iiii. Submultiplices. Subsuperparticulares .v. Submultiplices. Subsuperpartientes. Per se numerus est qui sine relatione aliqua dicitur. Ut .iii. .iiii. .v. .vi. et ceteri similes. Ad aliquid numerus est qui relatiue ad alios comparatur. ut ubi gratia quattuor. Ad duos dum comparatus fuerit dupplex dicitur et multiplex. .vi. ad tres. .vii. ad quattuor. .x. ad .v. et iterum tres ad unum triplex. .vi. ad duo. nouem ad tria. et ceteri. Equales numeri dicuntur qui secundum quantitatem equales sunt ut uerbi gratia duo ad duo. tres ad tres. decem ad decem. centum ad centum. Inequales numeri sunt qui ad inuicem comparati inequalitatem demonstrant. ut tres ad duo. quattuor ad tres. quinque ad quattuor. decem ad sex. et uniuersaliter maior minori aut minor maiori huiusmodi dum comparatus fuerit inequalis dicitur. Maior numerus est qui habet in se illum minorem numerum ad quem comparatur et aliquid plus. ut uerbi gratia. quaternarius numerus trinario numero fortior est. eo quod habet quaternarius numerus in se trinarium numerum. et alias partes eius duas et reliqua tales. Minor numerus est. qui continetur a maiori ad quem comparatum cum aliqua parte sui. ut ternarius ad quaternarium. Continetur enim ab eo cum duabus partibus suis. Multiplex numerus est. qui habet in se minorem numerum. Bis aut ter aut quater aut multipliciter. ut uerbi gratia duo ad unum dum conparati fuerint dupplex est. tres ad unum tripplex. quattuor quadrupplex. et reliqua e contra.

Submultiplex numerus est qui intra multiplicem continetur. bis aut ter aut quater aut multipliciter. ut uerbi gratia unus a duobus bis continetur. a tribus ter. a quattuor quater. a quinque quinquies et ab aliis multipliciter. Superparticularis numerus est dum fortior continet intra se inferiorem numerum circa quem comparatur. Similiter et unam partem eius. ut uerbi gratia tres ad duo dum comparati fuerint continent intra se duo et alium unum qui media pars est duorum. Quattuor ad tres dum comparati fuerint. continent intra se tres. et alium unum qui est tertia pars trium. Iterum quinque ad quattuor dum comparati fuerint. habent in se quaternarium numerum. et alium unum qui quarta pars esse dicitur. quaternarii numeri et ceteri tales. Subsuperparticularis numerus est minor qui continetur in fortiori numero cum alia una parte sua. aut media. aut tertia. aut quarta. aut quinta. ut uerbi gratia duo ad tres. tres ad quattuor. quattuor ad quinque et ceteri. Superpartiens numerus est qui in se inferiorem numerum totum continet et super hoc alteras partes eius duas aut tres aut quattuor aut quinque aut alias. ut uerbi gratia quinque ad tres dum comparati fuerint. habet in se quinarius numerus trinarium et super hoc alias partes eius duas. Septem ad quattuor dum conparati fuerint. habent in se quattuor et alias tres partes eius. Nouem ad quinque dum comparati fuerint habent in se quinque et alias quattuor partes eius. Subsuperpartiens numerus est qui continetur in numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus aut tribus aut pluribus. Ut uerbi gratia tres continentur a quinque cum aliis duabus partibus suis. quinque a nouem cum partibus suis. Multiplex superparticularis numerus est qui dum comparatur ad inferiorem sibi numerum fuerit continet in se totum inferiorem numerum. multipliciter cum alia parte eius. Ut uerbi gratia quinque ad duo dum comparati fuerint continent in se bis binum quattuor et unam partem eius. Nouem ad quattuor dum conparati fuerint. continent intra se bis quaternum octo et unam partem eius. Submultiplex superparticularis numerus qui dum ad fortiorem sibi numerum conparatus fuerit. continetur eum multipliciter cum alia una parte sua. Ut uerbi gratia duo ad quinque dum conparati

fuerint. continent eo bis cum una parte sua. Multiplex sup
particularis numerus est. qui dum conparatus ad inferiorem
numerum fuerit. continet eum multiplicit cum aliis partib.
suis. Ut uerbi gratia octo ad tres dum conparati fuerint.
continent in se bis ternos cum aliis duab. partib. ei. Quat
tuordecim ad sex dum conparati fuerint. continent intra
se bis senos cum aliis duab. partib. ei. Sedecim ad septem
dum conparati fuerint. continent eum bis cum aliis duab.
partib. ei. Decem et nouem ad octo cum aliis trib. partib.
ei. Submultiplex sup particularis numerus est. qui dum ad
fortiorem sibi conparatus fuerit. continetur ab eo multiplicit
cum aliquib. partib. suis. Ut uerbi gratia tres ad octo continentur
bis cum duab. partib. suis. Quattuor ad undecim continentur
IIII bis cum trib. partib. suis. DE TERTIA DI
VISIONE TOTIUS NUMERI

Numeri unum aut discreti sunt duo aut continentes.
Iste diuiditur sic. Unus linealis. duo supficiosi. tres solidi.
Discretus numerus est. qui a discretis monadib. continetur. Ut uerbi
gratia. III. IIII. V. VI. et reliq. Continens numerus est. qui a con
iunctis monadib. continetur. Ut uerbi gratia ternarius
numerus si in magnitudine intellegatur id est in linea
aut spatium aut solidum dicitur continens. Similiter quat
nari et quinarius numeri. Linealis numerus est. qui inchoans
a monade linealiter scribitur usque ad infinitum. Unde alfa
ponitur pro designatione linearum. quoniam hec lyttera unum
significat apud grecos. [AAA] Supficialis numerus est.
qui non solum longitudine sed et latitudine con
tinetur. i. ut trigonus quadratus quinquangulus uel cir
culatus numeri et ceteri qui semper in plano pede id est
supficie continentur. Trigonus numerus est ita.

Quadratus numerus est ita.

Quinquangulus est
ita. Circularis numerus est ita. Qui dum simi
liter multiplicatus a se inchoans ad se con
uertitur. Ut uerbi gratia quinquies quinquies quinquis
et ita. Solidus numerus est qui longitudine et al
titudine continetur. ut sunt pyramides. qui in modum
flamme consurgunt ita. Cibus. ut sunt tes
sere. ita.

Spere quib. est equalis undique rotunditas.

Sphericus autem numerus est. qui a circulato nu
mero multiplicatur a se inchoat et in se conuertitur quin
quies quinquies quinquis. hic circulus dum in se ipsum mul
tiplicatus fuerit facit spheram. Id est quinquies. XXV. CXXV.

Inter arithmeticam autem et geometricam et musicam. hoc interest.
Ut media inuenias in arithmetica. prima sic queris.
Coniungitur extrema et diuidis et facis medium. Ut puta
fac extrema esse sex et duodecim simul iungis et faciunt
decem et octo. Partiris media et facis nouem quod est analo
gicum arithmetice ut medius quod monadib. Superat enim
nouem sex trib. monadib. His superatur ad duodecim.
Secundum geometricam uero ita queres. extrema multiplicata
tantum faciunt quantum et media dupplicata faciet sep
tuagies depundius. Media octo et nouem multiplicata
tantundem faciunt. Secundum musicam ita. Qua parte supe
rat medius. [hole] primum eadem parte superatur.
medius [hole] ab extremo. Ut puta sex
et octo [hole] duab. partib. superant.
Que due [hole] partes tertia media
octus su [hole] peratur ab ultima nona.

Numeros autem infinitos esse certissimum est. Quoniam in quocumque
numero finem faciendum putaueris. idem ipse non dico uno
addito augeri. sed qualibet sit magnus et qualibet in
gentem multitudinem continens in ipsa ratione atque scientia
numerorum non solum dupplicari. uerum etiam multiplicari po
test. ita uero suis quisque numerus proprietatib. terminatur ut nullus
eorum par esse cuicumque alteri possit. Ergo et dispares inter
se atque diuersi sunt et singuli quique finiti sunt et omnes infi
X niti sunt. DE DIFFERENTIA
ARITHMETICAE

Geumetrie disciplina primum ab egyptiis reperta dicitur.
quod inundante nilo et omnium possessionib. limo ob

ducti sunt initium terrę diuidendę per lineas & mensuras
nomen arti dedit. Quę deinde longius acumine sapien
tium prophetę & maris & cęli & aeris spatia metiunt̄. Nam
prouocati studiosi ceperunt post terrę dimensionem & cęli spatia quę
rere. quanto interuallo luna a terris. a luna sol ipse distaret. &
usque ad uerticem cęli quanta se mensura distenderet. Sicque inter
ualla ipsa cęli orbisque ambitum per numerum stadiorum ratione
probabili distinxerunt. Sed quia ex terrę dimensione disciplina coepit.
ex initio sui & nomen seruauit. Nam geumetria de terra & de
mensura nuncupata est. Terra enim grece ge uocatur. metra men
sura. Huius disciplinę ars continet in se lineamenta. interualla.
magnitudines & figuras. & in figuris dimensiones & nume
ros. Geumetrię quadripertita diuisio est. In planum. numera
bilem magnitudinem. inmagnitudinem rationalem. & infigu
ras solidas. Planę figurę sunt quę longitudine & latitudine
continentur. Quę sunt iuxta platonem numero quinque. Numerabilis
magnitudo est. quę numeris arithmeticę diuidi potest.
Magnitudines rationales sunt. quarum mensuram scire possumus. Inra
tionales uero quarum cognita mensurę quantitas non habetur. [illegible]


XI QUOD NUMERI IN[...] [...]NITI EXIS[...]

Figurę solidę sunt quę lon[...]gitudine
latitudine & altitudi[...]ne conti
nentur. Ut est cubus. species [...]quinque in pla
no. quarum prima circulus [...]est figura pla
na quę uocatur circumducta. cuius in medio punctus est quo cunc
ta conuergunt. quod centrum geometrę uocant. latini punc
tum circuli nuncupant. plano pede





Quadrilatera figura est in plano quadrata. quę sub quattuor rectis lineis iacet.

plano pede




Danatheton grammon figura plana. Orthogonium idest recti anguli fi
gura plana. Est enim triangulum & habet angulum rectum.

plano pede





plano pede.




Isopleros figura plana recta & sup constitu
tuta. Sphera est figura in rotundum formata partibus
cunctis ęqualis.




Cibus est figura solida quę longitudine & alti
tudine continetur.





Cylindrus est figura quadrata habens superius
in semicirculum.

In so
latu
cilin
drus

Conon. figura quę ab amplo in angustum finit sic orthogonium.

co
non

Pyramis est figura quę in modum ignis ab amplo in acumen consurgit. Ignis enim apud grecos pyr in appellatur. Sic autem infra decem omnis est numerus. ita & intra hunc circulum omnium figurarum concluditur ambitus.



Prima autem figura huius artis punctus est. cuius pars nulla est. Secunda linea preter latitudinem longitudo. Recta linea est quę ex ęquo in suis punctis iacet. Superficies uero quod longitudines & latitudines solas habet. Superficies uero fines lineę sunt quarum formę ideo in superioribus decem figuris positę non sunt quę intra eas inueniuntur.

Numerus autem secundum geometriam ita quęres. Extrema quippe eius multiplicata tantum faciunt quantum & media dupplicata. Ut puta sex & duodecim multipli cata faciunt septuagies depundius. media octo & no[uem] multiplicata tantundem faciunt. Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens. & dicta musica per diriuationem a musis. Musę autem appellatę apo tou masthai idest a querendo quod per eas sicut antiqui uoluerunt uis carmi num & uocis modulatio quereretur. Quarum sonus quia sensi bilis res est & preterfluit in preteritum tempus. inprimiturque memorię. Inde a poetis iouis & memorię filias musas esse confictum est. Nisi enim ab homine memoria teneantur. soni pereunt. quia scribi non possunt. Moyses dicit repertorem musicę artis fuisse tubal. qui fuit de stirpe cain ante di luuium. greci pytagoram dicunt huius artis inuenisse pri mordia. ex malleorum sonitu & cordarum extensione per cussa. Alii linum thebeum & Zetum & anfion in musica ar te primos claruisse ferunt. Post quos paulatim directa pręcipue hęc disciplina & aucta multis modis. Eratque tam turpe musicam nescire quam litteras. Interponebatur autem non modo sacris. sed et omnibus sollemnibus. omnibus lętis uel tristioribus rebus. Ut enim in ueneratione diuina ymni

ita in nuptiis ymenei & in funeribus treni & lamenta ad tybias canebantur. In conviviis vero lyra vel cythara circumferebatur. & accubantibus singulis ordinabantur convivialia legentium cantica. Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta. Nihil enim sine illa. Nam & ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse conpositus. & celum ipsud sub armoniç modulatione revolvi. Musica quoque affectus provocat in diversum habitum sensus. In proeliis quoque tubç concentus pugnantes accendit. & quanto vehementior fuerit clangor. tanto fit ad certamen animus fortior. Siquidem & remiges cantus hortatur. Ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet. & singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur. Excitos quoque animos musica sedat. Sicut de david legitur qui ab spiritu inmundo saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias nec non & serpentes. volucres atque delfinas ad auditum suç modulationis musica provocat. Sed & quicquid loquimur vel intrinsecus venarum pulsibus commovemur. per musicos rythmos armoniç virtutibus probatur esse sociatum. Musicç partes sunt tres. Id est armonica. rythmica. metrica. Armonica est. quç decernit in sonis acutum & gravem. Rithmica est quç requirit incursionem conpetens conjunctio verborum. utrum bene sonus an male cohereat. Metrica est. quç mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit. Ut verbi gratia eroicon. iambicon. elegiacon. & cetera. Ad omnem autem sonum quç materies cantilenarum est. triformem constat esse naturam. Prima est armonica quç ex vocum cantibus constat. Secunda organica. quç ex flatu consistit. Tertia rithmica. quç pulsu digitorum numeros regit.

Nunc aut voce editur sonus sicut per fauces. aut flatu sicut per tubam vel tybiam. aut pulsu ut cythara. aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum est. Prima divisio musicç quç armonica dicitur id est modulatio vocis. pertinet ad comedos. tragoedos vel choros. vel ad omnes qui voce propria canunt. Hçc ex animo & corpore motum facit. & ex motu sonum. Ex quo colligitur musica. quç in homine vox appellatur. Vox est aer spiritu verberatus. Unde & verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est. seu inrationalium animantium.

Nam in aliis abusive non proprie sonitum vocem vocari. ut vox tubç infremuit. fractasque ab litore voces. Nam proprium est ut litorei sonent scopuli. & ad tubam terribilem sonitum procul aere canoro.

Armonia est modulatio vocis & concordantia plurimorum sonorum vel coaptatio. Symphonia est modulationis temperamentum ex gravi & acuto concordantibus sonis sive in voce. sive in flatu. sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant. ita ut quisquis ab ea dissonuerit sensum auditus offendat.

Cuius contraria est diafonia id est voces discrepantes vel dissonç.

Eufonia est suavitas vocis. hçc & melos suavitate & melle dicta.

Diastema est vocis spatium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Diesis est spatia quçdam & deductiones modulandi atque vergentes de uno in altero sono. Tonus est acuta enuntiatio vocis. Est enim armoniç differentia & quantitas. quç in vocis accentu vel tenore consistit. Cuius genera in quindecim partibus musici diviserunt. Ex quibus yperlidius novissimus & acutissimus. ypodorius omnium gravissimus. Cantus est inflexio vocis. Nam sonus directus est. Precedet autem sonus cantum. Arsis est vocis elevatio. hoc est initium. Thesis vocis. vocis positio. hoc est finis. Suaves voces sunt subtiles & spissç. clarç atque acutç. Perspicuç voces sunt. quç longius protrahuntur. ita ut omnem impleant continuo locum sicut clangor tubarum. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus. qualis est infantium vel mulierum. vel egrotantium. sicut in nervis. Quç enim subtilissimç cordç sunt. subtiles ac tenues sonos emittunt.

Pingues sunt voces. quando spiritus multus simul egreditur sicut virorum.

Acuta vox tenuis alta. sicut in cordis videmus. Dura vox est. quç violenter emittit sonos sicut tonitruum. sicut incudis sonos. quotiens in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca. & quç dispergitur per minutos & dissimiles pulsus. Ceca vox est quç mox emissa fuerit conticescit. atque suffocata nequaquam longius producitur. sicut est in fictilibus. Vinnola est vox mollis atque flexibilis & vinnola dicta a vinno hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox est alta. suavis & clara.

Alta ut in sublime sufficiat. Clara. ut aures adimpleat.

Suavis. ut animos audientium blandiat. Si ex his aliquid defuerit. vox perfecta non erit. VII. Secunda est divisio organica in his quç spiritu reflante conpleta in sonum vocis animantur. Ut sunt tubç. calami. fistulç. organa. pandoria. & his similia instrumenta. Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. Hoc autem cui folles adhibentur.

alio greci nomine appellant. Vt autem organum dicatur. magis ea uulgaris est grecorum consuetudo. Tuba primum a tirrenis inuenta. De quibus uirgilius. Tirrenusque tuba mugire per ethera clangor. Adhibeantur autem non solum in proeliis sed in omnibus festis diebus propter laudis uel gaudii claritatem.

Vnde et in psalterio dicitur. Canite in initio mensis tuba in die insigni sollemnitatis uestre. Preceptum enim fuerat iudeis. ut in initio noue lune tuba clangerent. quod etiam et hunc usque faciunt. Tibias excogitatas in frigia ferunt.

Has diu quidam funeribus tantum adhibitas mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant. quod primum de ceruinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent. Deinde per abusionem ita ceptas uocari. et eum que non de cruribus ossibus essent. Hinc et tibicen quasi tibiarum cantus.

Calamus nomen est proprium arboris a canendo idest fundendo uoces uocatus. Fistulam quidam putant a mercurio inuentam. alii a fauno quem greci uocant pan.

Nonnulli eam ab idi pastore agrigentino ex sicilia. Fistula autem dicta quod uocem emittat. Nam fos. uox. tolia missa. grece appellatur. Sambuca in musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis unde tibie componuntur. Pandorius ab inuentore uocatus. De quo uirgilius. Pan primus calamos cera coniungere plures instituit. pan curat ouis ouiumque magister. Fuit enim apud gentiles deus pastoralis. qui primum dispares calamos ad cantum aptauit et studiosa arte composuit. VIII. Tertia est diuisio rythmica pertinens ad neruorum et pulsum. cui dantur species cytharum diuersarum. Tympanum quoque cymbalum. sistrum. acitabula enea et argentea. uel alia que metallico rigore percussa reddunt cum suauitate tinnitum. et cetera huiuscemodi.

Cythare ac psalterii repertor. tubal ut predictum est perhibetur. Iuxta oppinionem autem grecorum. cythare usus repertus fuisse ab apolline creditur. Forma cythare initio similis fuisse traditur pectori humano. quo uti uox e pectore. ita ex ipsa cantus ederetur.

Appellataque eadem de causa. Nam pectus dorica lingua cythara uocari. Paulatim autem plures eius species extiterunt. ut psalteria. lyre. barbite. fenices et pectides et que dicuntur indices et feriuntur a duobus simul. Item alie atque alie et quadrata forma uel triguenali. Cordarum etiam numerus multiplicatus et commutatum genus. Veteres autem cytharam fidiculam uel fidicem nominauerunt. quia tam concinunt inter se corde eius quam bene conueniat inter quos fides sit. Antiqua autem cythara septem cordis erat.

Vnde et uirgilius. Septem discrimina uocum. Discrimina autem ideo quod nulla corda uicine corde similem sonum reddat. Sed ideo septem corde. uel quia tota uo[...] implent. uel quia septem motibus sonat celum. Cord[...] autem dictas a corde. Quia sicut pulsus est cordis in pectore. ita pulsus corde in cythara. Has primus mercuri[...] excogitauit. idemque prior in neruos sonum strinxit.

Psalterium quod uulgo canticum dicitur a psallendo nominatum. quod ad eius uocem chorus consonando responde[...]

Est autem similitudo cythare barbarice in modum d[...] littere. Sed psalterii et cythare hec differentia e[...]

Quod psalterium lignum illud concauum unde sonus redd[...] superius habet. et deorsum feriuntur corde et desuper son[...]

Cythara uero concauitatem ligni inferius habet. Psalteri[...] autem hebrei decacordon usi sunt propter numerum decalo[...] legis. Lyra dicta apo tu lyrin. idest a uarietate uo[...] cum quod diuersos sonos efficiat. Lyram primum a mercurio inuentam fuisse dicunt hoc modo. Cum regredien[...] nilus in suos meatus uaria capis reliquisset animali[...] relicta etiam testudo est. Que cum putrefacta esset et ne[...] ui eius remansissent extenti intra corium. percussa a mer[...] curio sonitum dedit. Ad cuius speciem mercurius lyram fe[...] et orfeo tradidit qui eius rei maxime erat studiosus. Vnde et estimatur eadem arte non feras tantum sed et saxa atque sil[...] uas cantus modulatione applicuisse. Hanc musici propter studii amorem et carminis laudem etiam inter side[...] ra suarum fabularum commentis collocatam esse finxerun[...]

Tympanum est pellis uel corium. ligno ex una parte ex[...]

tenui. Est enim pars media symphonię in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum quod medium est. Unde et margaritum medium tympanum dicitur. Et ipsud ut symphonia ad virgulam percutitur. Cymbala acetabula quędam sunt quę percussa invicem se tangunt et faciunt sonum. Dicta autem cymbala quia cum ballematia simul percutiuntur. Cum enim Greci dicunt cymbala ballematia. Sistrum ab inventrice vocatum. Ysis enim regina Egyptiorum id genus invenisse probatur. Iuvenalis: Ysis et irato feriat mea lumina sistro. Inde et hoc mulieres percutiunt quia inventrix huius generis mulier. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. Tintinnabulum de sono vocis nomen habet. Sic et plausus manuum, stridor valvarum. Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt. Fitque in ea ex concordia gravi et acuti suavissimus cantus.

Numerus autem secundum musicam ita queres. Positis extremis, ut puta sex et decus dipondius. Vides quot monadibus superetur. Sex a duodecim ducis per quadratum. Sexies seni faciunt triginta sex. Coniungis extrema illa prima. Sex a duodecim simul efficiunt decem et octo. Partiris tricies sexies per decus octus efficit dipondius. Hoc iungis cum summa minore, id est sexies erit octo. Et erit medium inter sex et duodecim. Quapropter octo superant sex duabus monadibus, id est tertia de sexis, et superantur octo a duodecim quattuor monadibus tertia partione. Qua parte ergo superat, eadem superatur. Sed hec ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate circulorum, ita et in microcosmos. In tantum preter vocem valet, ut sine ipsius perfectione et iam homo symphoniis carens non constet. Eiusdem musicę perfectione et iam metra consistunt in arsis et thesis, id est elevatione et positione.

ITEM CAPITULA DE LIBRO QUO SUPRA

DE ASTRONOMIA

I Astronomia est astrorum lex. quae cursus siderum & figuras & habitudines stellarum circa se & circa terram indagabili ratione percurrit. DE INVENTORIBUS ASTRONOMIAE

II Astronomiam primi aegyptii inuenerunt. astrologiam uero & natiuitatis obseruantiam chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse aegyptios astrologiam iosephus auctor adseuerat. Greci autem dicunt hanc artem ab athlante prius excogitatam. ideoque dictus est sustinuisse caelum. DE SCRIPTORIBUS ASTRONOMIAE

III Quisquis autem ille fuit motu caeli & ratione animi excitatus. propter temporum uices. astrorum certos definitosque cursus. per interualla spatia moderata considerauit. dimensiones quasdam & numeros. quae definiendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam repperit. In utraque autem lingua diuersorum quidem sunt de astronomia scripta uolumina. Inter quos tamen ptolomeus rex alexandriae apud grecos praecipuus habetur. Hic etiam & canones instituit quibus cursus astrorum inueniantur. DE DIFFERENTIA ASTRONOMIAE ET ASTROLOGIAE.

IIII Inter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt. Nam astronomia caeli conuersionem. ortus. obitus. motusque siderum continet. uel qua ex causa ita uocentur. Astrologia uero partim naturalis. partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis & lunae cursus. uel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa uero est illa quam mathematici secuntur. qui in stellis augurantur. Quique etiam duodecim signa per singula animae uel corporis membra disponunt. siderumque cursu natiuitates hominum & mores praedicare conantur. DE ASTRONOMIAE RATIONE

V Astronomiae ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus. quid caelum. quid spherae situs & cursus. quid axes caeli & poli. quae sint climata caeli. qui cursus solis & lunae atque astrorum. & cetera. DE MUNDO ET EIUS NOMINE

VI Mundus est is qui constat ex caelo & terra & mare cunctisque sideribus. Qui ideo mundus est appellatus quia semper in motu est. DE FORMA MUNDI.

VII Forma mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionali plaga. ita declinatur in australi. Caput autem eius & quasi facies orientalis regio est. Ultima pars septentrionalis est. DE CAELO EIUSQUE NOMINE

VIII Caelum philosophi rotundum uolubile atque ardentem esse dixerunt. Vocatumque hoc nomine. eo quod tamquam uas caelatum inpressa signa habeat stellarum. Distinxit enim eum deus claris luminibus. & impleuit sole scilicet & lunae orbe fulgenti. & astrorum micantium splendentibus signis adornauit. Hic autem grece uranos dicitur ΑΠ ΟΤΥ ΑΡΑϹΘΑ id est a uidendo. eo quod aer perspicuus sit & adspectu landum purior. DE CAELESTIS SPHERAE SITU

VIIII Sphera caeli est species quaedam in rotundo formata. cuius centrum terra est. ex omnibus partibus aequaliter conclusa. Hanc spheram nec principium habere dicunt nec terminum. Ideo quod in rotundum quasi circulus unde incipiat uel ubi desinat non facile conprehenditur. DE SEPTEM PLANETIS CAELI.

X Philosophi autem mundi septem caelos id est planetas globorum consono motu introduxerunt. Quorum orbibus connexa memorant omnia quae sibi innexos & uelut insertos uersari retro & contrario ceteris motu ferri arbitrantur.

XI DE EIUSDEM SPHERAE MOTU.

Sphere motu duob axibus uolut. quo un e septen
trionalis q nunquam occidit. appellaturq boreus. Alt
australis. q nunquam uidet. & austro notius dicitur.
His duob polis moueri spheram celi dicunt. & cum motu
ei sydera in ea fixa ab oriente usq ad occidente circu
ire. Septentrionib breuiores giros iuxta cardine
XII pagentib. DE EIUSDEM SPHERE CURSU
Sphera celi ab oriente & occidente semel in die &
nocte uertit. uiginti quatuor horarum spatiis qb sol
cursu suu sup tras & subtras sua uolubilitate con
XIII cludit. DE CELERITATE CAELI.
Tanta celeritate sphera celi ducit. ut nisi aduersus
precipite ei cursu astra currerent q ea remouerent.
XIIII mundi ruina faceret. DE AXE CAELI.
Axis e septentrionalis linea recta. que p media
pila sphere tendit. Et dicta axis. qd in ea sphera ut
rota uolut. ut qa ibi plaustru e.
XV DE CELESTIBUS POLIS.
Poli st circuli q currunt
p axem. Horu alt est
septentrionalis qui
nunquam occidit. ap
pellaturq boreus. Alter
australis q nunquam uidet.
& austro notius dicit. Et dicti poli.
qd sint axiu cieli ex usu plaustrorum. a polien
do scilicet nominati. Sed polus boreus semp
uidet. Austro notius nunquam. quia dextra celi
XVI altiora st. pssa austri. DE CARDINIB CELI.
Cardines celi extreme partes st axis. Et
dicte cardines. eo qd p eos uertit celu. ut qa
XVII sic cor uoluunt. DE CONVEXIS CELI IDEST
Conuexa aut celi. extrema ei ARTUBUS.
sunt. a curuitate dicta. Unde e illud. conuexa
quens claudit nox humida celu. Conuexu eni
curuu e. q si cuersu seu inclinatu. & in modu
XVIII circuli flexu. DE IANUIS CAELI.

Ianue celi due st. Oriens & occasus. Na una porta
sol pcedit. alia se recipit. DE GEMINA CAELI FACIE.
Facies celi ut caput. orientalis regio. Ultima. XVIIII
septentrionalis. De qua lucan. Sic mundi pars ima
iacet qua zona niuales ppetuq pmunt hiemes.
Climata celi DE QUATTUOR PARTIBUS CELI.
idest plage ut partes. quattuor st. E quib pma pars XX
orientalis e. unde alique stelle oriunt. Scda occi
dentalis e. ubi nob alique stelle occidunt. Tertia sep
tentrionalis. ubi sol puenit in dieb maioribus.
Quarta australis. ubi sol puenit noctib maioribus.
Oriens aut. ab exortu solis e nuncupat. Occidens.
qd die faciat occidere atq interire. Abscondit
eni lum mundo. & tenebras sup inducit. Sep
tentrio au. a septe stellis axis uocat. que in ipso
reuolute putant. hic ppe & uertex dicit. eo qd uer
titur. Meridies au uocata. ut qa ibi sol fa
cit mediu die q si medi dies. ut quia
tunc purius micat ether. meru
eni puru dicit. Sunt & alia septe
climate celi q si septe linee ab oriente
in occidente. sub qb & mores hominu
dispares. atq animalia specialit diuersa
nascunt. que uocata s a locis q busda famosis. Quo
pmu e merois. Scdm sonois. Tertiu cathocoras. idest
affrica. Quartu rodos. Quintu elle spontus. Sextu meso
pontu. Septimu brustenus. DE EMISPHERIIS.
Emispheria dimidia pars sphere e. Emispherion supra XXI
terra e. ea pars celi que a nob tota uidet. Emispherion sub
tra e. que uideri n potest quadiu subtra fuit. DE QUINQ
Zone celi quinq sunt. CIRCULIS CAELI.
quaru distinctionib queda partes tepere sua incolunt. XXII
queda inmanitate frigoris aut caloris inhabitabiles ex
istunt. Que ideo zone ut circuli appellant. eo qd in circu
ductione sphere existunt. Quo pmi circulus ideo
arcticos appellat. eo qd intra eu arctoru signa inclusa
pspiciunt. Scds circulus ex eo termos tropicos dicit. qa

in eo circulo sol aquilonis finibus aestatem faciens ultra eum circulum non transit sed statim revertitur, et inde tropicos appellatur. Tertius circulus himerinos, qui latinus ideo equinoctialis appellatur eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit equinoctium facit. Himerinos enim latine dies dicitur atque nox, quo circulo dimidia sphere pars constituta respicitur. Quartus circulus antarticos vocatur eo quod contrarius sit circulo quem artcon nominamus. Quintus circulus cimerinos tropicos, qui latinus hiemalis sive brumalis appellatur. Ideo quia sol cum ad eum circulum pervenit hiemem his qui ad aquilonem sunt facit, aestatem autem his qui in austri partibus commorantur.

XXIII DE ZODIACO CIRCULO.

Zodiacus autem circulus est qui ex linearum quinque angulis ex una linea constat.

XXIIII DE CANDIDO CIRCULO.

Lacteus circulus via est que in sphera videtur a candore dicta quia alba est. Quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

XXV DE MAGNITUDINE SOLIS.

Magnitudo solis fortior terre est. Unde et eodem momento cum ortus et orienti simul et occidenti equaliter apparet. Quod vero tanquam cubitalis nobis videtur considerare oportet quantum sol distat a terris que longitudo facit ut parvus videatur.

XXVI DE MAGNITUDINE LUNAE.

Magnitudo quoque lune minor esse fertur quam sol. Nam dum sol superior sit a luna et tamen a nobis maior quam luna videtur, iam si prope nos accessisset multo maior conspiceretur. Sic autem sol fortior est terre ita terra fortior lune per aliquam quantitatem.

XXVII DE NATURA SOLIS.

Sol dum igneus sit, per nimium motum conversionis sue amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus eum sepius madidum atque rorantem.

XXVIII DE CURSU SOLIS.

Solem per se ipsum moveri non cum mundo verti. Nam si fixus celo maneret omnes dies et noctes equales existerent. Sed quoniam alio loco cras occasurum alio occidisse hesterno videmus, apparet eum per se ipsum moveri non cum mundo verti. Spatiis enim inequalibus orbes annuos conficit propter temporum mutationes. Oriens diem facit, occidens noctem inducit. Nam vadens longius ad meridiem hiemem facit ut hibernis humoribus ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem aestatem reddit ut fruges maturitate durentur et que sunt in humidis incocta fervore facta mitescant.

XXVIIII DE EFFECTU SOLIS.

Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit. Nam dies est sol super terras, nox est sol sub terras. Ex ipso enim sunt hore et ex ipso dies cum ascenderit. Ex ipso etiam nox cum occiderit. Ex ipso enim menses et anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Quando autem per meridiem currit vicinior terre est. Quando vero iuxta septentrionem sublimis attollitur.

XXX DE ITINERE SOLIS ID LOCIS IN QUIBUS CU

Hereditas vel legato testamento vel possessione redempta. Dicta autem hereditas a rebus aut ditis sive ab aere, quia qui possidet agrum et censum solvet inde. Et heres res sunt que in iure consistunt. Iura autem sunt que a nobis iuste possidentur nec aliena sunt. Dicta autem res a recte habendo, ius a iuste possidendo. Hoc enim iure possidet quod iuste, hoc iuste quod bene. Quod autem male possidet alienum est. Male autem possidet qui vel sua male utitur vel aliena presumit. Possidet autem iuste qui non irruat cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur possessus est, non possessor. Bona sunt honestorum seu nobilium, que proinde bona dicuntur ut non habeant turpe usum, sed ea homines ad res bonas utantur. Peculium proprie minorum est personarum sive servorum, quod pro suo tractare patitur. Peculium autem a pecudibus dictum, in quibus veterum constabat universa substantia. Bonorum possessio est ius possessionis certo ordine certoque titulo adquisita. Intestata hereditas est que testamento scripta non est, aut si scripta sit

36

iure tamen nequaquam est dicta. Caduca inde dicuntur quod heredes ceciderit. Familia herciscunde est divisio hereditatis inter heredes. Herciscunde enim apud veteres divisio nuncupabatur. Communi dividendo est inter eos quibus communis res est. que actio iubet postulantibus his arbitrum dari cuius arbitratu res dividatur. Finium regundorum actio dicta eo quod per ea regantur fines utrique ne dissipentur dum modo angustiore quoque pedum loco ea controversa sit. Locatio est res ad usum data cum definitione mercedis. Conductio est res in usu accepta cum constituta mercede. Res credita est que obligatione ita deducta est aut ex tempore ex quo contracta habetur certum sit eam debere. Usura est incrementum fenoris ab usu eris crediti nuncupata. Commodatum est id quod nostri iuris est et ad alterum temporaliter translatum est cum modo temporis quamdiu apud eum sit. Unde et commodatum dictum est. Precarium est dum prece creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari et ex eo fructus capere. Et dictum precarium quia prece creditur quasi prece aditu. R. pro d. littera commutata. Mutuum appellatum est quia id quod a me tibi datur ex meo tuum fit. Depositum est pignus commendatum ad tempus quasi diu positum. Deponere autem quis videtur cum aliquid metu furti incendii naufragii apud alium custodie causa deponit. Interest autem in loquendi usu inter pignus et arram. Nam pignus est quod datur propter rem creditam que dum redditur statim pignus aufertur. Arra vero est que primum pro bono fidei contractu empta ex parte datur et postea completur. Est enim arra complenda non auferenda. Unde qui habet arram non reddet sicut pignus sed desiderat plenitudinem et dicta arra a re pro qua traditur.

XXVI

Inter pignus fiduciam et ypotecam hoc interest. Pignus enim est quod propter rem creditam obligatur cuius rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor. Ceterum dominium penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua sumende mutue pecunie gratia vel mancipatur vel in iure ceditur. Ypoteca est cum res commodatur sine depositione pignoris pacto vel cautione sola interveniente. Momentum dictum a tempo-ris brevitate. ut quam cito quam statim salvo negotio reformetur. nec in nulla mora produci debeat quod repetitur. Sic nec ullum spatium est momenti cuius tam brevis est temporis punctus ut in aliquam moram nullo modo producatur. Instrumentum est unde aliquid construimus. ut cultrus. calamus. ascia. Instructum quod per instrumentum efficitur. ut bacculus. codex. tabula. Usus quem in re instructa utimur. ut in baculo innitere. in codice legere. in tabula ludere. Sed et ipse fructus agrorum quia eo utimur usus vocatur. Hec sunt illa tria usus. Fructus autem vocatur quia solo usu habetur eius fructus manente apud alium iure usu. Capio est adeptio domini per continuationem iuste possessionis vel biennii aut alicuius temporis. Mancipatio dicta est quia manu res capitur. Unde oportet eum qui mancipium accipit comprehendere id ipsum quod ei mancipio datur. Cessio est proprie rei concessio. sic est illud. Cedo iure propinquitatis. Cedere enim dicimus quasi concedere. id est que propria sunt. Nam aliena restituimus non concedimus. Nam cedere proprie dicitur quod contra veritatem alteri consentit. Ut Cicero. Cessit inquit amplissimi viri auctoritate. vel potius paruit. Interdictum est quod a iudice non in perpetuum sed pro reformando momento ad tempus interim dicitur salva propositione actionis eius. Pretium vocatum eo quod prius eum damus ut pro eius vice rem quam appetimus possidere debeamus. Commercium dictum a mercibus quo nomine res venales appellamus. Unde mercatus dicitur coetus multorum hominum qui res vendere vel emere solent. Integri restitutio est cause vel rei reparatio causa redintegrandi que vi potestatis expleta non est. Res redintegranda que vi potestatis allata atque extorta est.

DE CRIMINIBUS IN LEGE CONSCRIPTIS

Crimen a carendo nomen sumpsit ut furtum. falsitas. et cetera que non occidunt sed infamant. Facinus dictum a faciendo malum. quod noceat alteri. Flagitium a flagitando corruptelam libidinis quod noceat sibi. Hec sunt duo genera omnium peccatorum. Vis est virtus potestatis per quam causa sive res vel aufertur vel extorquitur. Vis prim-

ta est. si quisque ante iudicium armatis hominibus quequam
a suo deiecerit uel expugnauerit. Uis publica est si quis
ciuem ante populum uel iudici uel regem appellantem neca
uerit aut torserit siue uerberauerit uel uinxerit.
Dolus est mentis calliditas ab eo quod deludat. Aliud enim
agit. & aliud simulat. Petronius aliud existimat
dicens. Quid est iudices. dolus nimirum ubi aliquid factum
est quod legi dolet. habetis dolum. accipite nunc malum.
Calumnia est iurgium aliene litis. hec a caluendo hoc est de
cipiendo dicta. Falsitas appellata a fando aliud quam
uerum est. Iniuria est iniustitia. Hinc est apud comicos.
Iniuria est que occidit aliquid contra ordinem iuris. Seditio
dicitur dissensio ciuium. quod seorsum alii ad alios eunt.
Nam hi maxime turbatione rerum & eti multum gaudent.
Sacrilegium proprie est sacrarum rerum furtum. Postea & in
idolorum cultu hesit hoc nomen. Adulterium est inlusio
alieni coniugii. quod quia alterius torum maculauit
adulterii nomen accepit. Stuprum raptus proprie est in
licitus coitus. a corrumpendo dictum. Unde & qui rap
to potitur. stupro fruitur. Homicidii uocabulum compo
situm est. ex homine & cede. Qui enim cedem in ho
mine fecisse compertus erat. homicidam ueteres ap
pellabant. Parricidii actio non solum in eo dabatur qui
parentem id est uel patrem uel matrem interemisset. sed in
eum qui parem occiderat. Et dictum parricidium quasi pa
rentis cede. Internecini iudicium in eum dabatur quia
falsum testamentum fecerat & ob id hominem occiderat.
accusatores eius possessio bonorum sequebatur. Inter
necini autem significatio est quasi quedam hominis ene
catio. Nam prepositionem inter pro e. ponebant. Nemus
mare inter bibere & plaustus inter luere mare id est
ebibere & eluere. Furtum est rei aliene clam des
tinata contrectatio. a furuo id est a fusco uocatum quia
in obscuro fit. Furtum autem capitale crimen apud
maiores fuit ante poena qua[illegible] dru
pli. Peruasio est rei aliene ~~manifesta pre sumptio~~. Furtum autem earum rerum fit que de loco in lo

cum transferri possunt. Peruasio autem & earum que
transferuntur & earum que inmobilia sunt. Infitiatio est
negatio debiti rei cum hac re deposcitur. Id est & ab
iuratio id est rei credite abnegatio. Ambitus iudi
cium in eum est qui largitione honorem capit & ambit animis
furus dignitatem quam iniure inuadit. Peculatus iu
dicium in eos datur qui fraudem de erario faciunt. pecuni
amque publicam interuertunt. Nam a pecunia peculatus est
dictus. Non autem sic iudicatur furtum rei publice sic rei pri
uate. Nam ille sic iudicatur ut sacrilegus. quia fur est sacrorum.
Repetundarum accusatur qui pecunias a sociis cepit. in hoc
iudicio reus stante moriatur in bona eius iudicium redditur.
Incesti iudicium in uirgines sacratas uel propinquas sangui
ne constitutum est. Qui enim talibus miscentur incesti id est casti
habentur. Maiestatis reatu tenentur. Hi qui regiam maiestatem
leserunt uel uiolauerunt. uel qui rem publicam prodiderunt. uel cum hos
tibus consenserunt. Piaculum dictum pro eo quod expiari potest.
Commissa sunt enim que erant quoque ordine expianda. XXVII

## DE POENIS IN LEGIBUS CONSTITUTIS

Dupliciter malum appellatur. unum quod homo facit alte
rum quod patitur. Quod facit peccatum est. quod patitur poena. Ma
lum autem tunc plenum est cum & preteritum est & inpendet. ut
sit & dolor & metus. Poena dicta quod puniat. Est autem
epitetum nomen. & sine adiectione non habet plenum sensum.
Adicis poenam carceris poene mortis. & imples sensum.
Supplicium proprie dicitur non quoquomodo punitur. sed ita damnatur
ut bona eius conseruentur & in publico redigantur. Nam sup
plitia dicebantur supplicamenta. & supplicium dicitur de cuius
damnatione delibatur aliquid deo. Unde & supplicare.
Octo genera poenarum in legibus contineri tullius scribit.
Id est damnum. uincula. uerbera. talionem. ignominium.
exilium. seruitutem & mortem. His namque poenis uindicatur
I omne perpetratum peccatum. Damnum a diminutione rei
uocatum. II Uincula a uinciendo id est artan
do dicta. eo quod constringant atque retineant. uel quia
uigilant. III Compedes dicte quia continent
pedes. Peduces sunt laquei quibus pedes inlaqueantur.

De poenis in legibus constitutis

De penis in legibus constitutis

39

dicte a pedibus capiendis. IIII Catene autem quod capien-
do detineant utraque uestigia ne progrediantur. Item catene
quod se capiendo teneant plurimis nodis. Manice sunt uin-
cula quibus manus capiuntur. licet et manice tunicarum sint
nerui. Boia est torques damnatorum quasi iugus in boue. ex
genere uinculorum est. Carcer in quo custodiuntur noxii et
dictus carcer quod eo homines coherceantur includantur
quasi arce ab arcendo scilicet. Locum autem in quo seruantur noxii
carcerem dicimus numero tantum singulari. Unde uero
agitantur quem uerberant. Hinc flagra et plage et fla-
gella. quia cum flatu et strepitu in corpore sonant. Nam
plage quasi flage. Sed plage et flagra prime positionis
sunt. Flagella autem per diminutionem dicta. Anguilla est
qua coercentur in scolis pueri. que uulgo scotica dicitur.
Fustes sunt quibus iuuenes pro criminibus feriuntur. Appellati
quod prefixi infossis stent. quasi palos rustici uocant. Uectes
dicti quod manibus uectentur. Unde ostia saxaque uelluntur.
sed in ad poenas legum non pertinent. Uirge sunt summitates fron-
dium arborum. que dicte quod uirides sint. uel quod uim habe-
ant arguendi. Que si lenis fuerit. uirga est. si certa
nodosa uel aculeata. Scorpio rectissimo nomine. quia
arcuato uulnere in corpus infigitur. Ictus proprie fla-
gellorum sunt ab agitando uocati. Ungule dicte quod effodi-
ant. He et fidicule quibus rei in eculeo torquentur
ut fideles inueniantur. Eculeus autem dictus quod exten-
dat. Tormenta uero quod torquendo mentem inueniant.
Est et lautumnum supplicium igneus ad uerberandum ap-
tum. inuentum a Tarquinio superbo ad poenam sceleratorum.
Iste enim prior lautumnas tormenta. fustes. metalla atque
exilia adinuenit. et ipse prior regibus exilium meruit.
Talio est similitudo uindicte. ut taliter quis patiatur ut fecit.
Hoc enim et natura et lege est institutum. ut ledentem simi-
lis uindicta sequatur. Unde illud est legis. oculum pro
oculo. dentem pro dente. Talio autem non solum ad iniuriam re-
ferendam sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est
enim communis sermo et iniurie et beneficientie.
Ignominium dictum eo quod desinat habere honestatis
nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum est autem
ignominium quasi sine nomine. Sicut ignarus sine scien-
tia. sic ignobilis sine nobilitate. Hoc quoque et infamium
quasi sine bona fama. Fama autem dicta quia fando id est
loquendo peruagatur per traduces linguarum et aurium ser-
piens. Est autem nomen et bonarum rerum et malarum. Nam
fama felicitatis indicium est. ut illud. illustris fama quidem
laus est malarum. ut Uirgilius. Fama malum qua non aliud
uelocius ullum. Fame autem nomen certum locum non habet. quia
plurimum mendax est. Adiciens multa uel demutans
de ueritate. que tam diu uiuit quam diu non probat. At
ubi probauerit esse. cessat. et exinde res nominatur non fa-
ma. Exilium dictum quasi extra solum. Nam exul dicitur qui
extra solum est. Unde postliminio redeuntibus hoc est
de exilio reducendis. quasi sit eiecti in iniuria id est ex-
tra limen patrie. Diuiditur autem exilium in relegatis et
deportatis. Relegatus est. quem bona sua secuntur.
Deportatus. quem non secuntur. Proscriptio exilii procul
damnatio quasi porro scriptio. Item proscriptus quia palam
scriptus. Metallum est ubi exules deputantur ad eru-
endam uenam. marmoraque secanda in crustis. Seruitus
a seruando uocata. Apud antiquos enim qui in bello a mor-
te seruabantur. serui uocabantur. Hec est sola malorum
omnium postremaque liberis omni supplicio grauior.
Nam ubi libertas perit una. ibi periere et omnia. Mor-
tium uero diuersi casus. ex quibus crux ut patibulum in quo
homines adpensi cruciantur ut patiuntur. Unde et
nomina habent. Patibulum enim uulgo furca dicitur.
quasi ferens caput. Suspensum enim et strangulatum
eo examinat. Sed patibuli minor poena quam crucis.
Nam patibulum adpensos statim examinat. Crux autem
suffixos diu cruciat. Unde et in euangelio latro-
nibus ut morerentur et de ligno ante sabbatum depone-
rentur crura confracta sunt. quia ligno suspensi cito
mori non poterant. hi ipso quoque genere necis
differt. Crudelius est enim quam in aqua spiritum torqueri
uel extingui ignibus uri. frigore et fame necari.

canib(us) & bestiis exponi. Nam ferro mori etas quoq(ue) maior optauit. Gladius enim sine grauiori cruciatu ē pe dusa morte uitam finire nouit. Culleum est parricidale uasculum ab caculendo id est claudendo dictum. Est autem uter ex corio factus. in quo parricide cum simio & gallo & serpente inclusi in mare p(r)ecipitantur. Omnium autem istarum mortium genus animaduersio nominatur. Animaduersio enim est quando iudex reum punit. Et dicitur animaduertere. id est animum illuc aduertere. intendere. utiq(ue) ad puniendum reum. qui a iudex est. Ideo autem romani aquam & ignem interdicebant quibusdam damnatis. quia aer & aqua cunctis patet & omnibus data est. ut illi non fruerentur quod omnibus p(ro) natura concessum est. ITEM IN LIBRO QUO SUPRA. DE TEMPORIBUS



DE CHRONICE VOCABULO.

I Chronica grece dicitur. que latine temporum series appellatur. Qualem apud grecos eusebius cesariensis ep(iscopu)s tradidit. & hieronimus presbiter in latina lingua. Cronos enim grece. latine tempus interpretatur. DE MOMENTIS ET HORIS

II Tempora autem momentis. horis. dieb(us). mensib(us). annis. lustris. seculis. etatibus diuiduntur. Momentum est minimum atq(ue) angustius cum aliquis sibi cedit atq(ue) succedit. Hora grecum nomen est. & tamen latinum sonat. Hora enim finis est temporis. sic & ora sunt fines maris. fluuiorum.

III uestimentorum. DE DIEBUS

Dies est presentialis. siue sol supra terras. sic nox sol sub terris. Ut enim dies aut nox sit. causa est aut supra terra sol aut sub terris. Sub terris. ut dies legitimus uiginti & quattuor horarum est. usq(ue) dum dies & nox spatia sui cursus ab oriente usq(ue) ad alium orientalem solem uolubilitate concludat. Abusiue autem dies unus est spatium ab oriente sole usq(ue) ad occidentem. Sunt autem diei spatia duo. interdianum atq(ue) nocturnum. Et est dies quidem horarum uiginti quattuor. spatium autem horarum duodecim. Uocatus autem dies a parte meliore. Unde & in usu est. ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. Sic & in lege diuina scriptum est. Factum est uespere & mane dies unus. Dies secundum egyptios inchoat ab occasu solis. Secundum persos ab ortu solis. Secundum athenienses a sexta hora diei. Secundum romanos a media nocte. Unde & tunc gallicinium est. quando uox diei ostenditur preconium quando & mesonictios afflatus sit. Dies dicti ad usus quorum nomina romani quibusdam syderibus sacrauerunt. I

Primum enim diem a sole apellauerunt qui princeps est omnium syderum. sic & idem dies caput est cunctorum dierum. II

Secundum a luna. que soli & splendore & magnitudine p(ro)xima est. & ab eo mutuat lumen. III

Tertium ab stella martis. que uesper uocatur. IIII

Quartum ab stella mercurii. quam quidam candidum circulum dicunt. V

Quintum ab stella iouis quam fetontem aiunt. VI

Sextum a ueneris stella. quam luciferum asserunt. que inter omnia sydera plus lucis habet. VII

Septimum ab stella saturni. que sexto celo locata. xxx annis fertur explere cursum suum. Proinde autem ex his septem stellis nomina dierum gentiles dederunt. eo quod per eosdem aliquid sibi effici existimarent. Dicentes habere a sole spiritum. a luna corpus. a mercurio ingenium & linguam. a uenere uoluntatem. a marte sanguinem. a ioue temperantiam. a saturno humorem. Talis quippe extitit gentilium tam ridiculosa figmenta. Apud hebreos autem dies prima una sabbati dicitur. qui apud nos dies dominicus est. quem gentiles

soli dicauerunt. Secunda sabbati secunda feria. quem seculares diem lunae uocant. Tertia sabbati tertia feria. quem diem illi martis uocant. Quarta sabbati quarta feria. qui mercurius dies dicitur a paganis. Quinta sabbati quinta feria est. id est quintus a die dominico. qui apud gentiles iouis uocatur. Sexta sabbati sexta feria dicitur. qui apud eosdem paganos ueneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus a die dominico est. quem gentiles saturno dicauerunt & saturni nominauerunt. Sabbatum autem ex hebreo in latinum requies interpretatur. eo quod deus in eo requieuisset ab omnibus operibus suis. Melius autem in uocabulis dierum de ore christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit.

Iam si quem forte consuetudo traxerit ut illud exeat ex ore quod in probat corde. intellegat illos omnes de quorum nominibus appellati sunt hi dies homines fuisse & pro beneficio quodam mortali quia plurimum potuerunt & eminerunt in hoc seculo. delati sunt eis ab amatoribus suis diuini honores & in diebus & in syderibus. Sed primum a nominibus hominum sydera nuncupata. & a syderibus dies sunt appellati. A fando autem feriae nuncupatae sunt. quod sit in eis nobis tempus dictionis. id est in diuino ut humano officio fari. Sed ex his festos dies hominum causa institutos feriatos diuinorum sacrorum. Partes diei tres sunt. Mane. Meridie. & suprema. Mane lux matura & plena. nec iam crepusculum. & dictum mane a mano. Manum enim antiqui bonum dicebant.

Quid enim melius luce. Alii mane existimant uocari a manibus. quorum conuersatio aliena aetiria est. Alii putant ab aere. quia mane idem rarus est atque perspicuus. Meridies dicta quasi medi dies. hoc est medius dies. ut quia tunc purior dies est. Merum enim purum dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie. quando sol de medio celi rutilat & omnem orbem pariter claritate illustrat. Suprema est postrema pars diei. quando sol cursum suum in occasum uertit. Dicta quod super est a parte ultima diei. Serum uocatum a clausis seris. quando iam nox uenit ut unusquisque sono tutior sit. Hodie quasi hoc die. & cottidie quasi quot die. ut sit quot diebus. Cras quod est postea. Externum est pridie. & dictum externum ab eo quod iam dies ipse sit a nobis extraneus. & praetereundo alienus. Pridie autem quasi priori die. Perendie. id est per ante diem ut ante cessit. id est prius.

## IIII DE NOCTE

Nox a nocendo dicta. eo quod oculis noceat. Quae idcirco lunae ac syderum lucem habet. ne inde cora esset. & ut consoletur omnes nocte operantes. & ut quibusdam animantibus quae lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam interperaret. Noctis autem & diei alternatio propter uicissitudinem dormiendi uigilandique effecta est. & ut operis diurni laborem noctis requiem temperet. Noctem autem fieri aut quia longo itinere lassatur sol. & cum ad ultimum celi spatium peruenit elanguescit ac tabefactus efflat suos ignes. aut quia eadem ui sub terras cogitur qua super terras pertulit lumen & sic umbra terrae noctem facit. Unde & uirgilius. Ruit oceano nox. inuoluens umbra magna terramque polumque. Noctis partes septem sunt. Id est uesper. crepusculum. conticinium. intempestum. gallicinium. matutinum. diluculum. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus. hoc est inter lucem & tenebras.

Uesperum a stella occidentali uocatum. quae solem occiduum sequitur & tenebras sequentes precedit. De qua uirgilius.

Ante diem clauso conponit uesper olympo. Tenebras autem dictas quod teneant umbras. Conticinium est quando omnes silent. Conticiscere enim silere est. Intempesta est medium & inactuosum noctis tempus. quando agi nihil potest & omnia sopore quieta sunt. Nam tempus per se non intellegitur nisi per actus humanos. Medium autem noctis actu caret. Ergo intempesta inacuosa. quasi sine tempore hoc est sine actu per quem dinoscitur tempus. Unde est. intempestiue uenisti. Ergo intempesta dicitur quia caret tempora id est actu. Gallicinium propter gallos lucis prenuntios dictum. Matutinum est inter abscessum tenebrarum & aurore aduentum. & dictum matutinum quod hoc tempus inchoante mane sit. Diluculum quasi iam incipiens parua diei lux. Haec et aurora quae solem precedit. Est autem aurora diei clarescentis ex

ordiū. & primus splendor aeris. q̄ grece eos dicit̄. quā nos p diriuationē aurorā uocam̄ quasi eo rora. Un
V de ē illud. & leuis eos eurus equus eas q; acies. DE EB

Ebdomada dicta a numero septem dierū. DOMADA

quo(rum) repetitione & menses & anni & sc̄la paguntur. Epta enī greci septē dicunt. Hanc nos septimanā uoca mus. quasi septē luces. Nā mane lux ē. Octauus autē dies idest p̄mus ē ad quē redit. & q̄ rursus ebdomadis
VI series ordītur. DE MENSIBUS

Mensis nom̄ ē grecū. de lunę nomine tractū. Luna enī mene greco sermone uocat̄. Unde & apud hebreos m̄ses legitimi n̄ ex solis circulo sed ex lunę cursu enu merant̄. Qd̄ est de noua ad nouā. Egiptii aūt p̄mi ppt̄ lunę uelociorē cursū & ne error cōputationis eī uelo citati accideret ex solis cursu diē mensis adinuenerīt. q̄m tardior solis mot̄ facilius poterat conphendi.

Ianuarius mensis a iano dictus. cui fuit a gentilibus cōse cratus. ul̄ quia limes & ianua sit anni. Unde & bifrons idem ianus pingit̄. ut introitus anni & ex itus demonstret.

Februarius nuncupat̄ a febroa. idest plutone. cui eo m̄se sacrificabat̄. Nā ianuariū dīs superis. februariū dīs manibi romani cōsecrauer̄. Ergo fe bruarius a februa idest plutone. n̄ a febre idest egritudine nominatus.

Martius appellat̄ ppt̄ martē romanę gentis auctorē. ul̄ qd̄ eo tempore cuncta animantia agant̄ ad marē & ad concubendi uoluntatē. Idem appellat̄ & m̄sis no uorū. q̄a initiū mensis ē martius idem & nouū uer. abinditus scilicet & t̄minū q̄a in eo uiridantibi fruc tibi nouis transactisq; probatus occasus.

Aprilis pueneret dicit̄ quasi frodis. Grece enī afro dis uenus dicit̄. ul̄ quia hoc m̄se om̄a aperiunt̄ in florem. quasi aperilis.

Maius dictus a maia matre mercurii ul̄ a maioribus natu. q̄erant p̄ncipes rei publice. Nā hunc mensē maioribus. sequentē ū minoribi romani cōsecrauer̄.

Iunius. Inde & iunius dicit̄. Antea enī ppl̄s in centuria seniorum & iuniorum diuisus erat.

Iulius ū & augustus de honoribi hominū iulii & augusti cesarū nuncupati sunt. Nā prius q̄ntilis & sextilis uoca bant̄. Quintilis q̄a q̄ntus erat a martio. quē p̄ncipē anni testant̄ eē romani. Sextilis similit̄ qd̄ sextus.

September nom̄ habet a numero & imbre. quia septi mus ē a martio & imbres habet. Sic & october. nouem ber. december ex numero & imbribus acceper̄ uocabu la. Quē numerū decurrente december finit. pro eo qd̄ denaribus numeros pcedentes numeros claudit.

Kalendas aūt nonas & idus ppt̄ festos dies romani in stituer̄. ppt̄ officia magistratū. In his enī dieb̄ cōuenie bat̄ in urbib. Quidā aūt kalendas a colendo appellari ex istimant. Apud ueteres enī omniū mensiū p̄ncipia co lebant̄. sic & apud hebreos. Idus aūt plerique latinorum ab eden do dictū putant. qd̄ hi dies apud ueteres epularū eent̄. Nonas a nundinis uocatas. Nundinę enī st̄ publicę con
VII uentiones siue mercimonia. DE SOLESTITIIS

Solestitiū dictū quasi solis statio. qd̄ tunc sole stante crescant dies ul̄ noctes. Equinoctiū appellatū qd̄ tunc dies & nox horarū spatio equali cōsistunt. Duo st̄ autē solestitia. unū ęstiuū octauo kalendarū iuliarū. de q̄o tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos.

Aliud hymale octauo kalendas ianuarias. q̄ tepore sol al tiores incipit circulos petere. Unde & hyemalis solestitiu dies minim̄ sic ęstiui maxim̄ inuenit̄. Item duo st̄ equi noctia. Unū uernale & aliud autumnale. quę greci ετcnμeiac. uocant. Sunt aūt hęc equinoctia die octauo kalendarū apriliū. & octauo kalendarum octubriū. q̄a annus olim in duas tantū partes diui debat̄. hoc ē int̄ ęstiuū & hyemale solestitiū & in duo
VIII emispheria. DE TEMPORIBUS ANNI

Tempora anni quattuor st̄. uer. ęstas. autumnus & hiemps. Dicta st̄ aūt tempora a cōmunionis tem peramto qd̄ inuicē se humorē siccitate. calore & fri

gore temperent. Hec & curricula dicuntur. quia instant & recurrunt. Constat autem perfecto mundo ex qualitate cursus solis tempora inter nos menses fuisse diuisa. Quorum temporum talem ueteres faciunt discretionem. ut primo mense uer nouum dicatur. Secundo adultum. tertio preceps. Sic & estas in suis tribus mensibus noua adulta & preceps. Sic & autumnus nouus adultus & preceps. siue extrema. Unde est illud. Extreme sub casu hiemis. Uer autem dictum quod uiret. Tunc enim post hyemem uestitur tellus herbis. & in florem cuncta rumpuntur. Estas dicitur ab estu. id est a calore. & estas quasi usta. id est exusta & arida. Nam calor aridus est. Autumnus a tempestate uocatur. quando & folia arborum cadunt & omnia maturescunt. Hyemem ratio breuis fieri nuncupauit. quia tunc breuiori soluitur circulo. Unde & hoc tempus bruma dicitur quasi braxin id est breuis. uel a cibo quod maior sit tunc uescendi appetitus. Edacitas enim grece bruma appellatur. Unde & imbrumari dicuntur quibus fastidium est ciborum. Hibernus autem inter hyemem & uernum est. quasi hyeme. Vernus quoque plerumque apte totum hyeme significat. Hec tempora singulis & iam celi partibus ascribuntur. Uer quippe orienti datur. quia tunc ex terris omnia oriuntur. Estas uero meridiano. eo quod pars eius calore flagrantior sit. Hyemps septentrioni. eo quod frigoribus & perpetuo gelu torpet. Autumnus occiduo. propter quod graues morbos habet. Unde & nunc omnia folia arborum defluunt. Ut autem autumnus habundet morbis. facit hoc confinium frigoris & caloris. & conpugnantia inter se contrariorum aerum.

VIIII DE ANNIS

Annus est solis infractibus. cum peractis trecentis sexaginta quinque diebus ad eadem loca siderum redit. Annus autem dictus. quia mensibus in se recurrentibus uoluitur. Unde & anulus dictus quasi annus id est circulus quod ad se redeat. Ut uirgilius. ~~atque~~ in se sua per uestigia uoluitur annus. Sic enim & apud egyptios indicabatur ante inuentas litteras picto dracone caudam suam mordente quia in se recurrit. Alii annum dicunt ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΑΝΕΟΥϹΘΑΙ. id est ab innouatione. Renouatur enim semper. Tria sunt autem genera annorum. Aut enim lunaris annus est triginta dierum. aut solestitialis qui in se duodecim continet menses. aut magnus omnibus planetis in eundem locum recurrentibus qui fit post annos solestitiales plurimos. Aera singulorum annorum est constituta a cesare augusto. quando primum censu exagitato romanum orbem descripsit. Dicta autem aera ex eo quod omnis orbis aes reddere professus est rei publice. x

Olympias apud grecos constituta apud elidem grecie ciuitatem. eleis agentibus agonem & quinquennale certamen quattuor mediis annis uacantibus. & ob hoc eliduum certaminis tempus tres in idem quinquennium quod quinto anno dicitur cond... propter olympiadas a romanis. Adhuc enim consules adhuc aera nondum erant. Est enim quinquennale tempus. Ideo uero sic uocatum. eo quod censu per quinquennium in re publica peracto urbs roma lustrabatur. Iubeleus interpretatur remissionis annus. Est enim hebraicus & sermo & numerus qui septenis annorum ebdomadibus id est quadraginta & nouem annis texitur. in quo clangebant tube & ad omnes reuertebatur antiqua possessio. debita absoluebantur. confirmabantur libertates. Hunc ... numerum & iam in diebus pentecosten & ipsi celebramus post domini resurrectionem. Re... missa culpa & totius debiti cyrographo euacuato. ab omni nexu liberi ... suscipientes aduenientem in nos gratiam spiritus sancti.

Secula a generationibus constant. & inde secula quod se sequantur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt. Hunc quidam quinquagesimum annum dicunt quem hebrei iubeleum uocant ob hanc causam & ille hebreus qui propter uxorem & liberos amans dominum suum aure pertunsa seruitio subiugatus seruire iubetur in seculum. hoc est usque ad annum quinquagesimum. Etas plerumque dicitur & pro uno anno ut in annalibus & pro septem ut hominis. & pro centum. & pro quouis tempore. Unde & etas tempus quod de multis seclis instruitur. Et dicta etas quasi euitas id est similitudo eui. Nam euum est etas perpetua. cuius neque initium neque extremum noscitur. quod greci uocant eonas. quod aliquando apud eos pro seclo ab...

quando perpetuo ponit. Unde & apud latinos e dirivati. Ætas aut pprie modis duob dicit. aut eni hominis sic infantia. iuventus. senectus. aut mundi. cui prima ętas e ab adam usq; ad noe. Scda a noe usq; ad abraham. Tertia ab abraham usq; ad david. Quarta a david usq; ad transmigratione in babilonia. Quinta deinde usq; ad adventu salvatoris in carne. Sexta quę nunc agit usq; quo mundus iste finiat. Quaru decursus p generationes & regna inspicitur.

Prima ętas in exordio sui continet creationem mundi. Primo eni die ds in lucis nomine condidit angelos. Scdo in firmamenti appellatione cęlos. Tertio in discretione vocabulo speciē aquaru & trę. Quarto luminaria cęli. Quinto animantia ex aquis. Sexto animantia extra & hominē quē appellavit adam. EXPLICIT LIBER IIII. INC CAP



DE NOVO ET VETERI TESTAMTO

I Vetus testamentū ideo dicit. quia veniente novo cessavit. De quo aplus meminit dicens. Vetera transier. & ecce facta sunt nova. Testamentū aut novū ideo nuncupat quia innovat. Non eni illud discunt nisi homines renovati ex vetustate p gram. & ptinentes ia ad testamtū novū qd est regnū cęlor. Hebrei aut vetus testamtū esdra auctore iuxta numerū lytterarū suarū in viginti duos libros accipiunt. dividentes eos in tres ordines. Legis scilicet. pphetarū. & agiographorū. Primus ordo legis in quinq; libris accipit. Quor pmus e bresyth. qd e genesis. Scdus ellesmoth. qd est exodus. Tertius vageera. qd e leviticū. Quartus vagedaber. qd est numerus. Quintus elle adabarim. qd est deutero nomiū. Hi st quinq; libri moysi. qs hebrei torath. latini legē appellant. Pprie aut lex appellat quę p moysen data est.

Scds ordo e pphetarū. in quo continent libri octo. Quor pmus iosue bennun. q latine iesus naue dicit. Scds sophtym. qd est iudicū. Tertius samuel. q est regū pmus. Quartus malachim. q e regū scds. Quintus esaias. Sextus hieremias. Septimus ezechiel. Octavus thareasra. q dicit duodecim pphetarū. Qui libri q a sibi p brevitate adiuncti sunt. p uno accipit. Tertius ordo agiograforū idest sca scribentiū. in q st libri nove. Quor pmus iob. Scds psalterium. Tertius masloth. qd est pverbia salomonis. Quartus acoileth. qd est ecclastes. Quintus sirasirim. qd est cantica canticorū. Sextus daniel. Septimus dabreiamin. qd est verba dierū hoc e paralypomenon. Octavus hesdra. nonus hester.

Qui simul oms quinq; octo. & novem. fiunt viginti & duo. sic superius conphendi st. Quidā aut ruth & cynoth qd latine dicit lamentatio hieremię agiografis adiciunt. & viginti quattuor volumina testamti veteris faciunt. iuxta viginti quattuor seniores q ante cspectu di assistunt. Quartus e apud nos ordo veteris testamti. eor librorū q in canone hebraico n st. Quor pmus sapientię liber e. Scds ecclastics. Tertius tobi. Quartus iudith. Quintus & sextus machabeor. Quos licet iudei int apocrifa separant. eccla tam xpi int divinos libros & honorat & predicat. In novo aut testamto duo st ordines. Primū evangelicū in quo st. Matheus. Marcus. Lucas. Iohannes. In tribus. Iacobus. & iudas. In singulis. actus aplor. & apocalypsin. Sūma aut utriusq; testamti trifarię distinguit. Idest in historia. in moribus. in allegoria. Rursus ista tria multifarię dividunt. Idest q d a do. q d ab angelis vel hominib gestū dictūq; sit. qd a prophetis pnuntiatū de xpo & corpore ei. q d de diabulo & mēbris ipsius. quid de veteri & novo ppto. quid de psenti sclo & futuro regno atq; iudicio.

II DE SCRIPTORIBUS ET VOCABULIS SCORU LIBRORUM.

Veteris testamti scdm hebreor traditionē hi phibentur auctores. Primus moyses divinę hystorię cosmografiam

in quinq(ue) uoluminib(us) edidit. q(uo)d pentateucu(m) nominat(ur). Penta
teucus aut(em) a quinq(ue) uoluminib(us) dicit(ur). Penta eni(m) grece .v.
teucus uolum(en) uocat(ur). Genesis liber inde appellat(ur). eo
q(uo)d exordiu(m) mundi & generatio s(e)c(u)li in eo c(on)tineat(ur). Geod(us)
u(ero) exitu(m) ab egypto ut egressu(m) p(o)p(u)li isr(ae)l digger(i)t. et ex
ea causa nom(en) accepit. Leuiticus appellatus. eo q(uo)d leui
taru(m) ministeria & diuersitate(m) uictimaru(m) exeq(ui)t(ur). totusq(ue)
in eo ordo leuiticus adnotat(ur). Numeror(um) liber uocat(ur). eo q(uo)d
in eo egresse de egypto tribus dinumerant(ur). & quadragin
ta duaru(m) p(er) heremu(m) mansionu(m) in eo descriptio continet(ur).
Deutero nomiu(m) greco sermone appellat(ur). q(uo)d latine int(er)
pretatur s(e)c(un)da lex. id est repetitio et euangelic(ae) legis pr(ae)
figuratio. q(uae) sic ea habet qu(ae) p(ri)ora s(un)t ut tam(en) noua sint
omnia qu(ae) in eo replicant(ur). Iosue liber nom(en) accepit ab
ih(es)u filio naue cui(us) hystoria(m) continet. Scriptore(m) u(ero) ei eun
dem iosue hebrei adseuerant. In cui(us) textu(m) p(ost) iordanis
transitu(m) regna hostiu(m) subuertunt(ur). terra p(o)p(u)lo diuiditur.
& p(er) singula urbes. uiculos. montes. atq(ue) c(on)finia. e(c)c(lesi)a(e) c(a)eles
tisq(ue) hi(erusa)l(e)m spiritalia regna pr(ae)figurant(ur). Iudicu(m) nomi
nat(ur) a p(ri)ncipib(us) p(o)p(u)li q(ui) pr(ae)fuer(unt) in isr(ae)l p(ost) moysen & iosue.
ante qua(m) d(aui)d & ceteri reges existerent. Hunc libru(m) edidis
se credit(ur) samuel. Liber samuel eiusd(em) samuelis natiui
tat(em) & sacerdotiu(m) & gesta describit. Idcirco & ab eo nom(en)
accepit. & qua(m)uis hic liber saul & d(aui)d hystoria(m) contineat.
utriq(ue) tam(en) ad samuel referunt(ur). q(ui)a ipse unxit saul in reg
no. ipse d(aui)d in rege(m) futuru(m). Cui(us) libri p(ri)ma(m) parte(m) conscrip
sit idem samuel. Sequentia u(ero) ei(us) usq(ue) ad calce(m) scripsit
dauid. Malachim liber p(ro)inde appellat(ur). eo q(uo)d reges iu
d(a)e & israhelitic(ae) gentis gestaq(ue) eor(um) p(er) ordine(m) digerat
tempor(um). Malac eni(m) hebraic(e) latin(e) regnu(m) int(er)p(re)tat(ur).
Hunc libru(m) hieremias p(ri)m(us) in uno uolumine collegit.
na(m) antea sparsus erat p(er) singulor(um) regu(m) hystoria. Para
lyppomenon grece dicit(ur). q(uo)d nos p(rae)t(er)missor(um) ut reli
quor(um) dicere possum(us). Quia qu(ae) in lege ut Regu(m) libris
ut omissa ut n(on) plene relata s(un)t. in isto summatim ac breuit(er)
explicant(ur). Libru(m) iob q(ui)dam moysen scripsisse arbitrant(ur).
alii unu(m) ex p(ro)phetis. Non nulli u(ero) eunde(m) iob p(ost) plaga(m) su(ae)

possessionis scriptore(m) fuisse existimant. arbitrantes ut
q(uo)d certamina spiritalis pugn(ae) sustinuit ipse narraret
q(ui)s uictorias expediuit. Principia aut(em) & fines libri iob
apud hebreos p(ro)sa oratione c(on)texta s(un)t. Media aut(em) ipsius
ab eo loco q(uo) ait pereat dies in q(ua) nat(us) su(m) usq(ue) ad eu(m) locu(m) ergo
me rep(re)hendo & ago poenitentia(m). om(n)ia eroico metro dis
currunt. Psalmor(um) liber grece psalteriu(m). na(m) latine org(a)
nu(m) dicit(ur). Uocat(ur) aut(em) q(uo)d uno p(ro)pheta canente. ad psalte
riu(m) chorus c(on)sonando responderet. Titulus aut(em) in psal
mis hebraicis ita e(st). is phir ruth (?) aliu(m) q(uo)d int(er)pretatur
uolumen hymnor(um). Auctores aut(em) psalmor(um) q(ui) ponunt(ur) in ti
tulis. moyses scilicet & dauid & salomon. asaph. & he(man)
& idithun. & filii chore. eman. ie(z)rahelit(ae) & reliqui
quos hesdras uno uolumine c(om)prehendit. Om(ne)s aut(em) psal
mi apud hebreos metrico carmine c(on)stant e(ss)e c(om)posi(ti)
& in more romani. flacci. & greci. pindari. nunc alii
iambo currunt. nunc alcaico p(er)sonant. nunc saffico c(on)tinent(ur)
trimetro ut tetra metro pede incedentes. Salomon fi(lius)
dauid rex isr(ae)l iuxta numeru(m) uocabulor(um) suor(um) tria uolu
mina edidit. Quor(um) p(ri)m(us) e(st) masloth qu(em) greci parabolas
latini p(ro)uerbior(um) nominat. eo q(uo)d in ip(s)a sub c(om)paratiua si
militudine figuras uerbor(um) & imagines ueritatis ostende
rit. Ip(s)a(m) aut(em) ueritate(m) ad intellegentia(m) legentib(us) reseru(a)
Sc(un)d(u)m libru(m) coeleth uocauit. q(ui) grece ecclesiasten dicit(ur) la(ti)
ne c(on)cionator. eo q(uo)d sermo ei(us) n(on) specialit(er) ad unu(m) sic(ut) in p(ro)
uerbiis s(ed) ad uniuersos generalit(er) dirigat(ur). Docens om(n)ia
qu(ae) in mundo cernim(us) caduca e(ss)e & breuia. & ob hoc mi
nime appetenda. Tertiu(m) libru(m) sirasirim p(re)notauit. q(uo)d
in latina(m) lingua(m) uertit(ur) canticu(m) canticor(um). Ubi p(er) spiritale
carm(en) c(on)iunctione(m) x(rist)pi & e(c)c(lesi)a(e) mistice canit. Dictu(m) aut(em)
canticu(m) canticor(um). eo q(uo)d omnib(us) canticis pr(ae)ferat(ur) qu(ae) in scrip
turis sacris habent(ur). Sic(ut) quedam in lege dicunt(ur) s(an)c(t)a. quib(us)
maiora s(un)t s(an)c(t)a s(an)c(t)or(um). Hor(um) aut(em) triu(m) libror(um) carmina exame
tris & penta metris uersib(us) apud suos c(om)posita p(er)hibent(ur)
ut ioseppus hieronimusq(ue) scribunt. Esaias euangelista
potius q(ua)m p(ro)pheta edidit libru(m) suu(m). cui(us) omne textu(m) elo
quenti(a)e p(ro)sa incedit. Canticu(m) u(ero) ex ametro & pentametro

tro uersu discurrit. Hieremias similiter edidit librum suum cum trinis eius. quos nos lamenta uocamus. eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur. in quibus quadruplice diuerso metro composuit alfabetum. Quorum duo prima quasi saffico metro scripta sunt. quia tres uersiculos qui sibi nexi sunt & ab una tantum littera incipiunt eroico coma concludit.

Tertium alfabetum trimetro scriptum est. & a ternis litteris id est terni uersus incipiunt. Quartum alfabetum simile primum & secundo habetur. Ezechiel & daniel a uiris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur. Quorum ezechiel principia & fines multis habet obscuritatibus inuoluta. Daniel uero claro sermone regna orbis pronuntiat. & tempus aduentus xpi manifestissima predicatione adnotat. Hi sunt quattuor prophete qui maiores uocantur. quia prolixa uolumina ediderunt.

Liber duodecim prophetarum auctorum suorum nominibus prenotatur. qui propterea dicuntur minores quia sermones eorum breues sunt. Unde & conexi sibimet inuicem in uno uolumine continentur.

Quorum nomina sunt. Osee. Iohel. Amos. Abdias. Ionas. Micheas. Naum. Abbacuc. Soffonias. Aggeus. Zacharias & malachias. Hesdra liber auctoris sui titulo prenotatur. In cuius contextu eiusdem hesdre neemieque sermones pariter continentur. Nec quemquam moueat quod unus hesdre dicitur liber. quia secundus. tertius & quartus non habentur apud hebreos sed inter apocrifos deputantur. Hester librum hesdras legitur conscripsisse. In quo eadem regina sub figura ecclesie dei populum a seruitute & morte eripuisse scribitur. atque interfecto aman qui interpretatur iniquitas diei celebritas in posterum mittitur. Liber sapientie apud hebreos nusquam est. Unde & ipse titulus greca magis eloquentia redolet. Hunc iudei filonis esse affirmant. Qui proinde sapientia nominatur. quia in eo xpi aduentus qui est sapientia patris & passio eius euidenter exprimitur. Librum autem ecclesiasticum certissime ihesus filius syrac hierosolimitanus post mortem ihu sacerdotis magni composuit. De quo meminit & zacharias. Qui liber apud latinos propter eloquii similitudinem salomonis titulo prenotatur. Dictus autem ecclesiasticus. eo quod de totius ecclesie disciplina religiose conuersationis magna cura & ratione sit editus. Hic & apud hebreos reperitur. sed inter apocrifos habetur. Iudith uero uocabula earum nominibus quarum gesta scribuntur.

Quattuor libros euangeliorum quattuor euangeliste singulariter conscripserunt. Primus matheus conscripsit euangelium litteris hebraicis & sermonibus in iudea. initians euangelizare ab humana xpi natiuitate dicens. Liber generationis ihu xpi filii dauid filii abraham. Significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum xpm. sicut promissum erat in prophetis per spm sanctum. Secundus marcus plenus sancto spu scripsit euangelium xpi eloquio greco in italia. secutus petrum ut discipulus. Is initium a spu prophetali fecit dicens. Uox clamantis in deserto parate uiam dni. Ut ostenderet xpm post assumptionem carnis euangelium predicasse. In mundo enim ipse xpc & propheta dictus est. Sicut scriptum est. Et prophetam in gentibus posui te. Tertius lucas inter omnes euangelistas grecis sermonibus eruditissimus. quippe & medicus. in grecia euangelium scripsit teophilo episcopo initians a sacerdotii spu dicens.

Fuit in diebus herodis regis iudee zacharias. Ut manifestaret xpm post natiuitatem carnis & predicationem euangelii hostiam fuisse effectum pro salute mundi. Ipse est enim sacerdos. de quo dictum est in psalmis. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ubi enim xpc aduenit. sacerdotium iudeorum obmutuit. lex & prophetia cessauit. Quartus iohannes scripsit euangelium ultimus in asia. incipiens a uerbo. ut ostenderet eundem saluatorem qui pro nobis dignatus est & nasci & pati. ipsum ante secula dei uerbum esse. ipsum e celo uenisse. & post mortem ad celum iterum remeasse. Hi sunt quattuor euangeliste. quos per ezechielum spiritus sanctus significauit in quattuor animalibus. Propterea autem quattuor animalia dicta sunt. quoniam propter animam hominis predicatur euangelium xpi. Nam & oculis plena erant intus & foris. quoniam peruident euangelia que dicta sunt a prophetis & que promiserit in posteri. Crura autem eorum recta. quia nihil prauum in euangeliis. Alas senas tegentes crura & facies suas. uelata sunt enim que tegebantur in aduentum xpi. Euangelium autem interpretatur bona adnuntiatio. Grece enim eu bonum. angelium adnuntiatio dicitur. Unde & angelus nuntius inter

pretatur. Paulus apostolus suas scripsit epistolas. ex quibus novem septem ecclesiis scripsit. reliquas discipulis suis. Timotheo. Tito. et Philemoni. Ad hebreos autem epistola plerisque latinis eius esse incerta est propter dissonantiam sermonis. Eandemque alii barnabam conscripsisse. alii a clemente scripta fuisse suspicantur. Petrus scripsit duas nominis sui epistolas. quae catholicae ideo nominantur quia non uni tantum populo vel civitati sed universis gentibus generaliter scriptae sunt. Iacobus et iohannes et iudas. suas scripserunt epistolas. Actuum apostolorum scriptorem lucam esse evangelistam. in quo opere nascentis ecclesiae infantia texitur. et apostolorum historia retinetur. Unde et actus apostolorum dicitur. Apocalipsin librum iohannes evangelista scripsit. eo tempore quo ob evangelii praedicationem in insula pathmos traditus religatus.

Apocalypsin autem ex greco in latinum revelatio interpretatur.

Revelatio enim dicitur manifestatio eorum quae absconditae erant.

Iuxta quod et ipse iohannes dicit. Apocalypsin iesu christi quam dedit deus palam facere servis suis. Hi sunt scriptores sacrorum librorum. qui per spiritum sanctum loquentes ad eruditionem nostram et praecepta vivendi et credendi regulam conscripserunt. Praeter alia volumina.

Apocrifa autem dicta est secreta. quia in dubium veniunt. Est enim earum occulta origo. nec patet patribus a quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima et notissima successione pervenit. In his apocrifis invenitur aliqua veritas. tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas. quae recte a prudentibus iudicatur non esse eorum credenda quibus ascribitur. Nam multa et sub nominibus prophetarum et recentiora sub nominibus apostolorum ab hereticis proferuntur. quae omnia sub nomine apocriforum auctoritate cannonica diligenti examinatione remota sunt.

## ITEM CAPITUL IN LIBRO QUO SUP



## I DE BIBLIOTHECIS

Bibliotheca a greco nomen accepit. eo quod ibi recondantur libri. Nam biblio librorum. teca repositio interpretatur. Bibliothecam veteris testamenti hesdras scriba post incensam legem a chaldeis dum iudei regressi fuissent in hierusalem divino spiritu reparavit. cunctaque leges ac prophetarum volumina quae fuerant a gentibus corrupta correxit. totumque testamentum in viginti duos libros constituit. ut tot libri essent in lege quot habebant et litterae. Apud grecos autem bibliothecam primus instituisse pisistratus creditur athenensium tyrannus. quam deinceps ab atheniensibus aucta xerxes incensis athenis evexit in persas. longoque post tempore seleucus nicanor rursus in greciam retulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium. et per interpretes in greca lingua vertendi. Dehinc magnus alexander vel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt. Maxime ptolomeus cognomento filadelfus omnis litteraturae sagacissimus. cum studio bibliothecarum pisistratum emularetur. non solum gentium scripturas sed et divinas litteras in bibliotheca sua contulit. Nam septuaginta milia librorum huius temporibus alexandriae inventa sunt.

Hic etiam et ab eleazaro pontifice petens II scripturas veteris testamenti in greca voce ex hebrea lingua per septuaginta interpretes transferre curavit. quas in alexandrina bibliotheca habuit. Siquidem singuli in singulis cellulis separati ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt. ut nihil in alicuius eorum codice inventum esset quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt et alii interpretes qui ex hebrea lingua in greco sacra eloquia transtulerunt. Sicut aquila. symmachus et theodotion. Sicut etiam et vulgaris illa interpretatio cuius auctor non apparet. et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Praeterea sextam et septimam editionem origenes miro labore repperit. et cum ceteris editionibus comparavit. Presbiter

quoq; hieronimus triu linguaru peritus exhebreo inlatinu
eloquiu easde scripturas conuertit · eloquentiaq; transfudit ·
Cui interpretatio merito ceteris antefertur · Na e & uerboru
tenacior · & pspicuitate sententie clarior · atq; ut pote
a xpiano interpretatio uerior · III

Rome pimus libroru copiam aduexit emilius paulus ·
pse macedonu rege deuicto · Deinde lucullus epon
tica preda · Post hoc cesar dedit marco uuarroni ne
gotiu eu maxime bibliothece cstruende · Primum
aut rome bibliothecas publicauit pollio grecas simul
atq; latinas · additis auctore imaginis inatrio qd dema
nibus magnificantissimu instruxerat · IIII

Apud nos quoq; pamphilus martyr cui uita eusebius
cesariensis scripsit · pisistratu insacre bibliothece stu
dio pimus adequare contendit · Hic eni inbibliotheca
sua ppe triginta uoluminu milia habuit · Hieronimus
quoq; atq; gennadius ecclasticos scriptores toto orbe que
rentes ordine psecuti st · eoruq; studia inuno uoluminis
indicio conprehenderunt · V

Marcus terrentius uuarro apud latinos innumera
biles libros scripsit · Apud grecos qq; calcenterus mi
ris attollitur laudib; · qd tantos libros ediderit quntos qsq;
nrm alienos scribere ppa manu uix posset · De nris
qq; apud grecos origenes inscripturaru labore · tam
grecos qua latinos operu suoru numero superauit ·
Denique hieronimus sex milia libroru eius legisse fatetur ·
Horu tam omniu studia augustin ingenio ut scientia
sui uicit · Na tanta scripsit · ut dieb; ac noctib; n solu
scribere libros ei qsqua sed nec legere qdem occurrat ·

Opusculoru genera ee tria · Primu genus ex VI
cerpta st · que grece scolia nuncupantur · In quib; ea que
uidentur obscura ut difficilia sumatim ac breuit pstrin
guntur · Scdm gen omelie st · qs latini uerbu appellat
q proferuntur inpplis · Tertiu tomi · quos nos libros
ut uolumina nuncupam · Homelie aut aduulgum
locuntur · Tomi u idest libri maiores st disputatio
nis · Dialogus e collatio duoru ut plurimoru · que lati
ni sermone dicunt · Nam quos greci dialogos uocant · nos
sermones uocam · Sermo aut dictus qa int utrumq; seritur ·
Vnde inuirgilio · multa int se serebant · Tractatus est unius
rei multiplex expositio · eo qd trahat sensu inmulta sen
tiendi contrectando secu · Differt aut sermo tractatus & uer
bum · Sermo eni alteram eget psona · tractatus specialiter
ad se ipsu est · Verbu aut ad oms · Vnde & dicitur · Verbu fec
ad pplm · Comtaria dicta qsi cumente · Sunt eni interp
tationes · Ut comenta iuris · comenta euangelii · Apologe
ticu e excusatio inq solent quida accusantib; respondere ·
In defensione eni aut negatione sola positu e · & e nomen
grecu · Panagiricu e licensiosu & lasciuiosu genus dicen
di inlaudibus regu · incui conpositione hominis multis
mendatiis adolantur · Qd malu agrecis exortu e · quoru le
uitas instructa dicendi facultate & copiosa incredibili
multas mdaciou nebula suscitauit · Factoru libri st inquib;
reges ut consules scribuntur · afascib; dicti ide potestatib; · Vn
de & tobi libri factoru dicuntur · quia de regib; & consulib; edita
sunt · Premiu e initiu dicendi · Sunt eni pma principia li
broru · que ante cause narratione ad instruendas audien
tiu aures coaptantur · Cuius nom pleriq; latinitatis pe
riti sine translatione posuer · hoc aut uocabulu apd
nos interpretu prefatio nuncupatur · qsi plocutio · Precep
ta st · que aut qd faciendu · aut qd n faciendu sit docent ·
Quid faciendu · ut dilige dnm tuu · & honora patre tuu &
matre tua · Non faciendu · ut n mechaberis · n furtu facies ·
Similit & gentiliu precepta ut iubent ut uetant · Iubent faci
endu · ut nudus arasse nudus · Vetat · ut neue · Interuites
corillu sere · neue flagella suma pete · Primus aut pre
cepta apd hebreos moyses scripsit · Apud latinos martius
uates pimus pcepta cposuit · Exquib; e illud · Postremus
dicas · pus taceas · Parabole & pblemate nominib; suis
indicant altius se pscrutari oportere · Parabola q ppe ali
cuius rei similitudine psegerit · qd licet sit uocabulu
grecu ia tam platino usurpatur · & notu e qd inparabolis
que dicunt reru similitudines rebus de quib; agitur cpa
rantur · Problemata aut · que latine appellant preposito

nes questiones sunt habentes aliquid qđ disputatione soluendu͂ sit. Questio est aut͂ que sinio. cu͂ querit͂ an sit. qđ sit. qualis sit. Argumtu͂ u͂ dictu͂ quasi argutu͂. ut sit arte inuentu͂ ad ꝓbandas res. Epistolā ꝓpe greci uocant. qđ interpretat͂ latine missa. Stila enī siue stoli. missa ut missi. Ante carte & membranaru͂ usu͂ inde dolatis ligni codicellis epistolaru͂ alloquia scribebant͂. Unde & portitores eor͂ tabellarios uocauerunt. VBI SVPRA

I De cartis & pergamenis
II De ceris
III De cartis
IIII De pergamenis
V De libris conficiendis
VI De librorum uocabulis
VII De librariis & eorum instrumentis.

I Cere litterarū materies. paruulor͂ nutrices. ipse dant ingeniu͂ pueris. primordia sensus. Quaru͂ studiu͂ primi greci tradidisse perhibent.

II Greci aut͂ & tusci primu͂ ferro in ceris scripserunt. Postea romani iusser͂ ne graffiu͂ quis haberet. Unde & apud scribas dicebat͂ ceram ferro ne cedito. Postea institutum ut cera ossib. scriberent. Sicut indicat atta in satura dicens. Uertamus uomere in cera. mucroneque aremus osseo. Graffiu͂ aut͂ grece. latine scriptoriu͂ dicit͂. Nā graffia scriptura ē. III Cartaru͂ usu͂ primu͂ egyptus ministrauit. ceptu͂ apud memfiticā urbē. Memfis enim ciuitas ē egyptior͂. ubi carte usus inuentus ē primu͂ sic ait lucanus. Conficit͂ bibula memfitis carta papiro. Bibulā aut͂ papiru͂ dixit. qđ humorē bibat. Carta autē dicta qđ cartum papiri tegmen decertu͂ glutinant͂. cuius genera quā plura fit. prima & precipua augustea regia. & maioris formę more octauiani augusti appellata. Secta libiana. ab honore libię prouincię. Tertia hieratica dicta. qđ ad sacros libros eligebant͂ similis augustę. sed subcolorata. Quarta teneotica a loco alexandrię qui ita uocat͂ fietur. Quinta saitica ab oppido sale. Sexta corneliana a cornelio gallo prefecto egypti primu͂ confecta. Septima emporitica qđ ē comerces inuoluunt͂. cu͂ sit scripturis minus idonea.

IIII Pergameni reges cu͂ carta indigerent membrana primi excogitauer͂. Unde pergamenaru͂ nomē huc usque tradente sibi posteritate seruatu͂ ē. Hę & membra nascit͂ quę ex membris pecudu͂ detrahunt͂. Fiebant aut͂ primu͂ coloris lutei id est crocei. Postea u͂ romę candida membrana reperta sunt. qđ apparuit mirabile eē. qđ et facile sordescant. & aciem legentiu͂ ledant. cu͂ peritiores architecti neq aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent. neq pauimenta alia quā ē caristeo marmore. qđ auri fulgore uecat & caristi uiriditas reficiat oculos. Nā & qui nummularia discunt deniarior͂ formas myrtos pannos subiciunt & gemmaru͂ scalptores scarabeor͂ terga quib. nihil est uiridius subinde respiciunt. & pictores idem faciunt ut laborē uisus eor͂ uiriditate recreent. Membrana aut͂ aut candida aut lutea aut purpurea fit. Candida naturalit͂ existunt. Luteu͂ membranu͂ bicolor ē. qđ a confectore una tinguit͂ parte ideo crocat͂. De quo persius. Iam liberet positi bicolor membrana capillis. Purpurea u͂ inficiunt͂ colore purpureo. in quib. auru͂ & argentu͂ liquescens patescat in litteras.

V Quędā genera libroru͂ apud gentiles certis modulis conficiebant͂. breuiora forma carmina atq epistolę. At u͂ historię maiori modulo scribebant͂. & non solum in carta ut in membranis. sed etiā & in comentis dolatis fantinis textilibusq maluaru͂ foliis atq palmaru͂. cui generis cinna sic meminit. Hęc tibi arethei multu͂ inuigilata lucernis carmina quis ignes nouium aerior leuis in aridulo maluendis scripta libello. prusiaca uexi munera nauicula circuicida. Libros sicilię primu͂ increbuit. Nā initio pumicabantur. Unde & catullus ait. Cui dono lepidu͂ nouu͂ libellum arido modo pumice expolitum.

VI Codex multoru͂ libroru͂ ē. Liber unius uoluminis. Et dictus codex per translationē a codicib. arborum

seu uitiū. quasi caudex. qđ ex se multitudinē librorū
quasi ramorū contineat. Volumē liber ē a uoluendo
dictus sic apud hebreos uolumina legis. uolumina
pphetarū. Liber ē interior tunica corticis que
ligno coheret. De q° uirgilius. Sic alta liber heret
in ulmo. Unde & liber dicit̄ in quo scribim̄. qa ante
usū caret membranarū. De libris arborū uolu
mina fiebant. id est cōpaginabant. Unde & scripto
res a libris arborū librarios uocauerunt. VII
Librarios antea bibliopolas dictos. Librū enim
greci biblū uocant. Librarii aut̄ idem & an
tiquarii dicunt̄. Sed librarii sunt qui et noua
scribunt & uetera. Antiquarii. qui tantum
modo uetera. Unde et nom̄ sumpserunt. Ab
scribendo aut̄ scriba nomen accepit. officiū
exprimens uocabuli qualitate. Instrumta scribe. cala
mus & penna. Ex his enī uerba paginis infigunt̄. Sed
calamus arboris ē. Penna. auis. cui⁹ acum̄ in diade diui
dit̄ in corpore toto unitate seruata. Credo ppt̄ myste
riū ut in duob, apicib, uetus & nouū testamtū signaret.
quibus exp̄mit̄ uerbi sacramtū sanguine passionis effusū. VI
Dictus aut̄ calam̄ qđ liquorē ponat. Unde & apud nau
tas calare ponere dicit̄. Penna aut̄ a pendendo uocata.
id est uolando. Est enī ut dixim̄ auiū. Folia aut̄ librorū
apellata siue ex similitudine foliorū arborū. seu qđ ex
follib, fiunt id est ex pellib, q̄ de occisis pecudib, detra
hi solent. Cui⁹ partes pagine dicunt̄. eo qđ sibi inui
cē cōpaginant̄. Versus aut̄ uulgo uocata. quia sic scri
bebant antiq sic aratur terra. A sinistra enī ad dex
trā p̄mū deducebant stilū. Deinde cōuertebant̄ ab in
feriori. & rursus ad dexterā uersus. quos & hodie
usq rustici uersus uocant. Sceda est qđ adhuc emen
dat̄ & necdū in libris redactū est. & ē nom̄ grecum
V sicut & tomus. DE CANNONIBUS
Canones euangeliorū EUANGELIORŪ.
ammonius alexandrie p̄mus excogitauit. Quem
postea eusebius cesariensis secutus plenius cōposuit.

Canones euangelior...

Qui ideo facti st̄ ut per eos inuenire & scire possim⁹ q̄ re
liquorū euangelistarū similia aut ppria dixerit. Sunt aut̄
numero decē. Quorū continet numerus in quib, quat
tuor eadē dixer̄. Matheus. Marcus. Lucas. Iohs. Scđs
in quib, tres Matheus Marcus Lucas. Quintus duo
Matheus Lucas. Sextus in quib, duo Matheus Marcus.
Septimus in quib, duo Matheus Iohs. Octauus in quib,
duo Lucas Marcus. Nonus in quib, duo Lucas Iohannes.
Decimus in quib, singuli eorū ppria quedā dixer̄. Quorū ex
positio hec ē. Per singulos enī euangelistas numerus
q̄dam capitulis adfixus adiacet. quib, numeris subdi
ta est aeraminea notata. que indicat in quoto canone
positus sit numerus cui subiecta ē aera. Verbi gra si est
aera p̄ma. in p̄mo canone. Si scđa. in scđo. Si tertia in
tertio. Et sic p ordinē usq ad decimū peruenies. Si igitur
aperto qđlibet euangelio placuerit scire q̄ reliquorū euan
gelistarū similia dixer̄. assumes adiacentē numerum
capituli & requires ipsū numerū in suo canone quem
indicat. Ibiq inuenies qđ et qđ dixerint. Et ita demū
in corpore inq̄sita loca que ex ipsis numeris indicant.
VI p singula euangelia eos dixisse inuenies. DE CANNO
Canon aut̄ grece. latine NIBUS CONCILIORŪ.
regula nuncupat̄. Regula aut̄ dicta qđ recto ducit.
nec aliquando alior sū trahit. Alii dixer̄ regulā dictā
ut qđ regat. ut qđ normā recte uiuendi p̄beat. ut qđ
distortū prauumq qđ corrigat. Canones aut̄ generaliū
cōciliorū a temporibus cōstantini ceper̄. In precedentib,
namq annis psecutione feruente. docendarū plebiū
minime dabat̄ facultas. Inde xp̄ianitas in diuersas
hereses scissa ē. qa n̄ erat licentia episcopis in unū con
uenire. nisi tēpore supradicti imperatoris. Ipse enī
dedit xp̄ianis libere cōgregari. Sub hoc & iā sci patres
in concilio niceo de omi orbe terrarū conuenientes.
iuxta fidē euangelicā & apostolicā scđm post aplos
simbolū tradider̄. Int̄ cetera aut̄ cōcilia. quattuor ē
uenerabiles sinodos. que tota p̄ncipalit̄ fidē cōplec
tunt quasi in quattuor euangelia ut tota paradysi

83.

fluminarũ prior nicea sinodus trecentorũ decẽ & octo
episcoporum cõstantino augusto imperante pacta ẽ. In qua
arrianę pfidię blasphemia damnata. quã de inequali
tate scę trinitatis idem arrius asserebat. cõsubstantialẽ
dõ patri dm̃ filiũ idem scã sinodus psimbolũ definiuit.
Scdã sinodus centũ qnquaginta patrũ subteodosio seni
ore cõstantinopolim cõgregata ẽ. quę macedoniũ spm̃
scm̃ dm̃ ẽẽ negantẽ condẽnans. cõsubstantialẽ patri &
filio spm̃ scm̃ demonstrauit. Dans symboli formã. qm̃
tota grecorum & latinorum cõfessio inęcclesiis pdicat. Tertia
sinodus ephesena pma. ducentorum episcoporum sub iuniore
teodosio augusto ędita. quę nestoriũ duas psonas inxp̃o
asserentẽ iusto anathemate cõdemnauit. Ostendens ma
nere induas naturas unã dñi ihũ xp̃i psonã. Quarta
sinodus calcidonensis sexcentorum triginta sacerdotũ
submartiano pncipe habita ẽ. in qua euticem cõstan
tinopolitanũ abbatẽ uerbi dĩ & carnis unã naturam
pnuntiantẽ & ei defensorẽ dioscorũ qndã alexandri
nũ epm̃. & ipsũ rursũ nestoriũ cũ reliquis hereticis
una patrũ sententia pdamnauit. Predicans eadẽ si
nodus xp̃m dm̃ sic natũ deuirgine. ut ineũ substan
tiã & diuinę & humanę cõfiteam̃ naturę. Hę sť quat
tuor sinodi pncipales fidei doctrinã plenissime pręe
dicantes. Sd̃ & siqua sť concilia quę scĩ patres spũ
dĩ pleni sanxerunt p istorum quattuor auctoritatẽ. omi
manent stabilita uigore. quorum gesta inhoc ope condi
ta continent̃. Synodũ aũt exgreco intpretari comi
tatũ uel coetũ. Conciliũ uero. nom̃ tractũ ex more
romano. Tempore enĩ qcausę agebant̃. conueni e
bant omĩs inunũ. cõmuniq intentione dictũ quasi cõ
siliũ. Nam cilia oculorũ sunt. Unde & cõsidiũ consiliũ.
d. in. l. litterã transeunte. Coetus ũ cõuentus ẽ uel cõ
gregatio. acoeundo idest cõueniendo inunũ. Unde &
conuentus est nuncupatus. Sic conuentus. coetus ut
conciliũ asocietate multorũ inunum.

VII DE CYCLO PASCHALI.

Paschale cyclum yppolitus eps temporibus
alexandri imperatoris pmus conscripsit. Post quẽ
pbatissimi auctores. eusebius cesariensis. teophylus al[ex]
andrinus. psper qq natione aquitanus atq uictoriu[s]
amplificatis eiusdẽ festiuitatis rationib; multiplices
circulos ędider̃. Cuius quidẽ rationẽ beatissimus cyrillus
alexandrię urbis eps. innonaginta quinq annos per
quinquies decẽ nouies calculans. quoto kalendas uel
luna debeat paschalis sollemnitas celebrari sũma br[e]
uitate notauit. Cyclum aũt uocatũ eo qđ inorbe [di]
gestũ sit. & quasi incirculo dispositũ ordinẽ compl[ec]
tat annorum sine uarietate & sine ulla arte. Unde fa[c]
tum ẽ ut cuiusq materię carmina simplici form[a]
facta cyclica uocarent̃. Hinc & laterculũ dictũ q[d or]
dinẽ habeat stratum annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Com̃ | Idus apr | xxi | Com̃ | Id apr | x[illegible] |
| Com̃ | kl apr | xvi | Com̃ | April | x[illegible] |
| Cmb | kl mai | xvii | Cmb | kl mai | x[illegible] |
| Com̃ | Id apr | xx | Com̃ | April | x[illegible] |
| Com̃ | kl apr | xvi | Com̃ | kl apr | x[illegible] |
| Cmb | Id apr | xvi | Cmb | kl mai | x[illegible] |
| Com̃ | Non ap | xviii | Com̃ | April | x[illegible] |
| Cmb | k mai | xx | Cmb | kl mai | x[illegible] |
| Com̃ | Id apr | xvi | Com̃ | April | x[illegible] |
| Com̃ | k apr | xviii | Com̃ | kl april | x[illegible] |
| Cmb | k mai | xviii | Cmb | kl mai | x[illegible] |
| Com̃ | Non ap | xv | Com̃ | Id apr | xx[illegible] |
| Com̃ | k apr | xviii | Com̃ | kl apr | xv |
| Cmb | k mai | xviii | Cmb | k mai | xv[illegible] |
| Com̃ | Id apr | xxi | Com̃ | April | xvii[illegible] |
| Cmb | k apr | xvii | Cmb | k apr | xxi |
| Com̃ | Id apr | xviii | Com̃ | Id apr | xv |
| Com̃ | Non ap | xx | Com̃ | Non ap | xvii[illegible] |
| Cmb | kl mai | xxi | Cmb | k mai | xvi[illegible] |

| | | |
|---|---|---|
| Com | Idus april | xv |
| Com | kl april | xviii |
| Cmb | kl mai | xviii |
| Com | Id april | xxi |
| Com | kl april | xvii |
| Cmb | kl mai | xviii |
| Com | Id april | xxi |
| Cmb | kl mai | xxi |
| Com | Id april | xvii |
| Com | Non apr | xx |
| Cmb | kl mai | xxi |
| Com | Id april | xvi |
| Com | kl april | xviiii |
| Cmb | kl mai | xx |
| Com | Non april | xvi |
| Com | kl april | xviiii |
| Cmb | kl mai | xviiii |
| Com | kl apr | xv |
| Cmb | kl mai | xvi |
| Com | kl april | xv |
| Cmb | kl mai | xvi |
| Com | Id april | xviiii |
| Com | kl april | xxi |
| Cmb | Id april | xv |
| Com | Non april | xviii |
| Cmb | kl mai | xviii |
| Com | kl mai | xxi |
| Com | kl april | xvii |
| Cmb | kl mai | xviii |
| Com | Id april | xxi |
| Com | kl april | xvi |
| Cmb | kl mai | xvii |
| Com | kl mai | xvii |
| Com | Id april | xx |
| Com | kl april | xvi |
| Cmb | Id april | xvi |

| | | |
|---|---|---|
| Com | Non april | xviiii |
| Cmb | kl mai | xx |
| Com | Id april | xvii |
| Cmb | kl april | xviiii |
| Cmb | kl mai | xx |
| Com | Non april | xvi |
| Com | kl april | xviiii |
| Cmb | kl mai | xviiii |
| Com | kl april | xv |
| Cmb | kl mai | xvi |
| Com | Id april | xviiii |
| Com | Non april | xxi |
| Cmb | kl mai | xv |
| Com | Id april | xviii |
| Com | kl aprilis | xxi |
| Cmb | kl mai | xxi |
| Com | Non april | xvii |
| Com | kl april | xx |
| Cmb | kl mai | xxi |
| Com | kl april | xvi |
| Cmb | kl mai | xvii |

Post cui expletione ad primu exordiu recurren
dum. Antiquitus eccla pascha quarta decima luna
cu iudeis celebrabat quocumq die occurreret. Qd
ritu sci patres in nicena synodo prohibuer. Constitu
entes n solu paschalem luna & mense inquirere. sd
&ia & die resurrectionis dominice obseruare. &
ob hoc pascha a quarta decima luna usq ad uicesima
primam extenderi. ut dies dominicus n omitteret.
Pasche aut uocabulu n grecu sd hebreu e. nec a pas
sione qm pasch in grece dicit pati. sd a transitu he
breo uerbo pascha appellata e eo qd tunc ppls di

ex ęgypto transierit. Vnde & in euangelio. Cū uidisset
inquit ihc quia uenit hora. ut transiret de mundo ad
patrem. Cuius nox ideo peruigilia adicitur ppt ad
uentū regis ac dī nri ut tempus resurrectionis ei9
n dormientes sed uigilantes inueniat. Cui9 noctis dup
plex ratio hetr. siue qđ in ea & uita tunc recepit cū
passus est. siue qđ postea eadem hora qua resurrex
ad iudicandū uenturus est. Eo aut modo agimus
pascha ut n solū morte & resurrectione xpi in me
moria reuocemus. sed etiam cetera quę circa eū ad
testant ad sacramentoꝝ significatione inspiciam9.
P ropt initiū eni nouę uitę & ppt nouū hominem
quē iubemur induere & exuere uetere. Expurgan
tes uetus fermentū ut simus noua consparsio. qm
pascha nrm immolatus ē xpc. Propt hanc ergo uitę
nouitate pmus mensis nouorū in anni mensib cele
brationi paschali mistice adtributus est. Quod uero
tertię ebdomadę die pascha celebrat. idest qui dies
occurrit a quinta decima in uicesima pmam. hoc sig
nificat quia in toto tempore sęculi qui septenario di
erū numero agitur nunc tertiū tempus hoc sacra
mentū apparuit. Primū eni tempus est ante lege.
secdm sub lege. tertiū sub gra. Vbi iam manifestatū
est sacramentū prius occultū in prophetico enig
mate. Ideo & propter hęc tria scli tempora resur
rectio domini triduana ē. Quod uero a quarta decima
luna usq; ad uicesimā primā per dies septem pascha
lis dies queritur; ppt ipsū numerū septenariū quo
uniuersitatis significatio sepe figuratur. qui & iam
ipsi ęcclę tribuitur ppt instar uniuersitatis. Vnde
& iohs apts in apocalypsin ad septe scribit ęcclas.
A eccla uero adhuc in ista mortalitate carnis estitui
ta ppt ipsā mutabilitate lunę nomine in scripturis
significatur. Varia aut obseruantia opinionū pas
chalis festiuitatis interdū errore gignit. Latini naq;
a tertio nonas martias usq; in tertio nonas aprilis pri
mi mensis lunā inquirunt. Et si quinta decima luna
die dominico puenerit. in alia dominica pascha pta
hunt. Greci primi mensis lunā ab octauo idus marti
usq; in die nonas aprilis obseruant. Et si quinta deci
ma luna die dominico incurrerit. scdm pascha cele
brant. Huiusmodi ergo discessio int utrosq; paschale re
gulam turbat. Comunis annus dicit quia duodeci
tantū lunas hoc ē dies trecentos quinquaginta
quattuor habet. Dictus aut comunis quia sepe di
ita coniuncti incedunt ut inuice se in paschali
sollemnitate sequant. Nam embolismus annus sem
solus ē. Embolismus annus ē qui tredecim mense
lunares idest trecentos octoginta quattuor dies ha
bere monstrat. Ipse ē annus sco moysi diuinitus
reuelatus. in quo iubentur hi qui longius habitant
in scdo mense pascha celebrare. Embolismi autem
nomen grecū est. qđ interpretat latine sup aug
mentū. eo qđ expleat numerū annorū comuniu
quib. undeci lunares dies deeē cernunt. Embo
lismi aut anni & comunes sic inueniunt. Si a
quarta decima luna paschę pcedentis usq; ad
quartā decimā sequentis trecenti octuaginta
quattuor dies fuerint. embolismus annus est.
S i trecenti quinquaginta quattuor. comunis.
B is sextus ē. p annos quattuor ē unus dies adiec
tus. Crescit enim eo p singulos annos quarta
pars assis. At ubi quarto anno assem copleuerit
bis sextū unū facit. Dictus aut bissextus quia bis
sexies ductus assem facit qđ est unus dies. Sicut
& quadrante ppt quater ductū. qđ est bissext
quē sup dierū cursū in annū sol facit. Siue
qđ nequeat anno suo introduci nisi bissextu
nonas martias coputauerit. hoc ē & primo
die sexto nonas martias. & addito bissexto
alio die sexto nonas martias iterauerit.
A sexto aut nonas martias usq; in die pridie
kalendas ianuarias in lunę cursū bissext
ad ponit. atq; inde detrahit. Inter calare

autem dies idcirco uocantur quia inter ponuntur ut ratio lunę solisq. conueniat. Calare enim ponere dicitur. Inter calare. inter ponere.

Epactas greci uocant. latini adiectiones annuas lunares quę per undenarium numerum usq. ad tricenarium in se reuoluunt. Quas ideo egyptii adiciunt. ut lunaris emensio ratione solis equetur. Luna enim iuxta cursum suum uiginti nouem semis dies lucere dinoscitur. & fiunt in annum lunares dies trecenti quinquaginta quattuor. Remanent ad cursum anni solares dies undecim. quos egyptii adiciunt. Unde & adiectiones uocantur. absq. has non inuenies lunam quota sit in quolibet anno & mense & die. Istę epactę semper undecimo kalendas aprilis repperiuntur. in eadem luna qua fuerit eo die. continentur autem circulo decemnouennali. Sed cum ad uiginti nouem epactas peruenerint qui est circulus nonus decimus. iam sequenti anno non addes super uiginti nouem undecim & decem adnunties detractis triginta. sed inde reuerteris ut undecim pronunties.

ii DE RELIQS FESTIVITATIBUS.

Festiuitas dicta a festis diebus. quasi festiditas. eo quod reuelante quod in eis sola res diuina fit. Quibus contrarii sunt fasti. in quibus ius fatur. Idem dicitur sollemnitas a sacris dicta. Ita suscepta ut mutari ob religione non debeat. ab solito idest firmato atq. solido nominata. uel ex eo quod soleat fieri in anno. Celebritas autem uocatur quod non ibi terrena sed cęlestia tantum agantur. Pascha festiuitatum omnium prima est. de cuius uocabulo iam superius dictum est. Pentecostes sic & pascha apud hebreos celebris dies erat. quę post quinq. decadas paschę colebatur. Unde & uocabulum sumpsit. Pente enim grece quinq. In quo die secundum legem panes propositionis de nouis frugibus offerebant. Cuius figuram annus iubeleus in testamento ueteri gessit. quę nunc in terrum perfinitam repromissionis requiem prefiguratur.

Epiphania grecę. latine apparitio siue manifestatio uocatur. Eo enim die xpc sideris indicio magis apparuit adorandus. Quod fuit figura primitię credentium gentium. quod diei dominici baptismatis sacramentum. & permutatę in uinum aquę factorum per dominum signorum principia extiterunt. Duę sunt autem epiphanię. Prima in qua natus xpc pastoribus hebreorum angelo nuntiante apparuit. Secunda in qua ex gentium ppto stella indicat presepis cunabula magos adoraturos exhibuit. Scenophegia sollemnitas hebreorum. de greco in latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur. quę celebratur a iudeis in memoriam expeditionis cum ab egypto promota in tabernaculis agebant. & ex eo scenophegia. Scena enim grece tabernaculum dicitur. Quę sollemnitas apud hebreos septembrio mense celebratur. Neomenię apud nos kalendę. apud hebreos autem quia secundum lunarem cursum menses supputantur. & grece mene luna appellatur. Inde neomenię idest noua luna. Erant enim apud hebreos ipsi dies kalendarum ex legali institutione sollemnes. De quibus in psalterio dicitur. Canite initium mensis tuba. in die insigni sollemnitatis uestrę. Encenia est noua templi ędificatio. Grece enim cenon dicitur nouum. Quando enim aliquid nouum dedicatur. encenia dicitur. Hanc dedicationis templi sollemnitatem iudei octubrio mense celebrant. Dies palmarum ideo dicitur quia in eo dns & saluator noster sic propheta cecinit hierusalem tendens asellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obuia ei clamauerunt. Osanna. benedictus qui uenit in nomine dni rex isrl. Uulgus autem ideo eum diem capitum lauium uocat. quia tunc moris est lauandi capita infantum qui ungendi sunt. ne obseruatione quadragesimę sordidata ad unctionem accederent. Hoc autem die symbolum conpetentibus traditur. propter confinem dominicę paschę sollemnitatem. Ut qui iam ad dei gratiam percipiendam festinant. fidem quam confite-

tiatur agnoscant · semp(er) in eo chrisma confici. Cena dominica dicta e(st) eo q(uo)d in eo die saluator pascha cu(m) suis discipulis fecerit · q(uo)d & hodieq(ue) sic est traditu(m) celebrari · atq(ue) initiu(m) noui & ueteris cessatio testam(en)ti declaratur. Sabbatu(m) ab hebreis ex interpretatione uocabuli sui requies nominat(ur) · q(uo)d d(eu)s in ipso p(er)fecto mundo requieuisset. Siquidem & hoc die requieuit d(omi)n(u)s in sepulchro · ut quietis illius mysteriu(m) confirmaret q(uo)d iudeis obseruandu(m) in umbra futuri p(re)ceptu(m) e(st). Sed postqua(m) xp(istu)s in sepultura sua eius figura(m) adimpleuit · obseruatio ei(us) quieuit. Dominicus dies p(ro)inde uocat(ur) · quia in eo resurrectionis d(omi)ni n(ost)ri gaudiu(m) celebrat(ur). Qui dies non iudeis s(ed) x(ristia)nis in resurrectione d(omi)ni declaratus est. & ex illo habere cepit festiuitate(m) sua(m). Illis eni(m) solu(m) celebrandu(m) sabbatu(m) traditu(m) e(st) · quia erat antea requies mortuor(um) · resurrectio aut(em) nullius erat · q(ui) resurgens a mortuis n(on) moreret(ur). Postqua(m) aut(em) facta est talis resurrectio in corpore d(omi)ni · ut p(re)iret in capite eccl(esi)e q(uo)d corpus eccl(esi)e speraret in fine · iam dies dominicus idem octauus q(ui) et primus celebrari coepit.

VIIII **De officiis.**

Officiorum plurima genera esse · sed precipuu(m) illud q(uo)d in sacris diuinisq(ue) rebus habetur. Officiu(m) ab efficiendo dictu(m) · quasi effitiu(m) p(ro)pt(er) decore(m) sermonis una mutata littera · uel certe ut q(ui)sq(ue) illa agat que nulli officiant s(ed) p(ro)sint omnib(us). Uespertinum officiu(m) e(st) in noctis initiu(m) · ab stella lucifero appellatu(m) · que orta inchoante mane · quor(um) duor(um) temporu(m) significatione ostendit(ur) ut die ac nocte semp(er) d(eu)s laudet(ur). Missa tempore sacrificii e(st) quando catecumini foris mittunt(ur) clamante leuita Siquis catecuminus remansit exeat foras. Et inde missa quia sacram(en)tis altaris interesse n(on) possunt qui nondum regenerati noscunt(ur). Chorus est multitudo in sacris collectus. Et dictus chorus q(uo)d initio in modu(m) corone circu(m) aras starent & ita psallerent. Alii chorum dixerunt a concordia · que in caritate consistit · quia si caritate(m) non habeat respondere conuenienter non potest. Cum aut(em) unus canit · grece monodia · latine sicinium dicit(ur). Cum uero duo canunt bicinium appellatur. Cum multi chorus. Nam coreas ludricum cantilene · uel saltationes classi sunt. Antephona ex greco interpretatur uox reciproca · Duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato · siue de uno ad unu(m) q(uo)d genus psallendi greci inuenisse tradunt(ur).

Responsorios itali tradiderunt · quos inde responsorios cantus uocant · quod alio desinente id alter respondeat. Inter responsorios aut(em) & antiphonam hoc differt · q(uo)d in responsoriis unus uersum dicit · In antiphona aut(em) uersibus alternant chori. Lectio dicit(ur) quia non cantatur ut psalmus uel ymnus · sed legitur tantum. Illic enim modulatio · hic sola pronuntiatio querit(ur).

Canticum est uox cantantis in letitia. Psalmus aut(em) dicit(ur) qui cantatur ad psalterium · quo usu(m) esse dauid prophetam in magno mysterio prodit hystoria. Hec aut(em) duo in quibusdam psalmorum titulis iuxta musicam artem alternatim sibi ad ponuntur. Nam canticu(m) psalmi e(st) cu(m) [p]recenti quin id quod organum modulat(ur) uox postea cantantis eloquitur. Psalmus uero cantici q(uo)d humana uox preloquit(ur) ars organi modulantis imitat(ur). Psalmus aut(em) a psalterio dicit(ur). Unde nec mos est ex alio opere eum conponi. Tres aut(em) gradus sunt in cantando. infimus succentoris · sedus incentoris · tertius accentoris. Diapsalma quidam hebreum uerbum esse uolunt · quo significatur semp(er) · id est q(uo)d illa quib(us) hoc interponitur sempiterna e(ss)e confirment. Quidam uero grecu(m) uerbum existimant · quo significatur interuallu(m) psallendi · ut psalma sit q(uo)d psallitur. Diapsalma uero interpositu(m) in psallendo silentiu(m) · ut queadmodu(m) sinpsalma dicit(ur) uocis copulatio

incantando ita diapsalma disiunctio earu ubi queda requies distinctę continuationis ostendit. Unde illud probabile e non coniungendas sententias inpsallendo ubi diapsalma interposita fuerit. quia ideo interponitur ut conversio sensuu uel psonaru esse noscatur. Ymnus e canticu laudantiu. qd degreco inlatinu laus interpretat; pro eo qd sit carmen letitię & laudis. Proprie aut ymni st. continentes laudem di. Si ergo sit laus & nonsit di. non e ymnus. Si sit laus & di laus & noncantet. non e ymnus. Si ergo & inlaude di dicit & cantat. tunc e ymnus. Cui contrariu est trinu qd est carmen lamenti & funeris.

Alleluia duoru uerboru interpretatio e. hoc est laus di. & est hebreu. la eni unu e dedecem nominib. quib. apud hebreos ds uocat. Amen significat uere siue fidelit. Quod & ipsud hebreu est.

Quę duo uerba amen & alleluia nec grecis nec latinis nec barbaris licet insua lingua omnino transferre. ul alia lingua adnuntiare. Nam quauis interpretari possit. ppt sanctiorem tam auctoritate seruata e abaplis inbis pprię linguę antiquitas. Tanto eni sacra st nomina. ut & iam iohis apocalypsin referat se spu reuelante uidisse & audisse uoce aquaru multaru. & tonitruum ualidoru dicentiu amen & alleluia. Ac per hoc sic oportet interris utraq dici. sic incęlo resonat. Osanna inalterius linguę interpretatione intoto transire npotest. Osi eni saluifica interpratur. Anna interiectio e. Motum eni significat subdepcantis affectu. Integrę aut dicit osianna. qd nos corrupta media uocali littera & elisa dicim osanna. sic fit inuersib. cu scandimus. Littera eni pma uerbi sequentis. extrema prioris uerbi ueniens excludit. Et dicit hebraice osanna. qd interpretat saluifica. sub audiendo ul populu tuu uel totu mundum.

Offertoriu tali excausa sumpsit uocabulum.

Fertum enim dicitur oblatio quę altari offertur & sacrificatur. apontificibus. aquo offertoriu nominatur quasi propter fertur. Oblatio uocatur quia offertur. Dona pprie diuinę dicuntur munera hominu. Nam munera dicuntur obsequia quę pauperes diuitibus loco munerum soluunt. Itaq munus homini datur. donum do. Unde & ea intemplis donaria dicimus. Munera aut uocantur. quia manibus uel accipiuntur uel dantur.

Duo sunt aut quę offerunt. Donu & sacrificium. Donum dicitur quicquid auro argentoq aut qualibet alia specie efficitur. Sacrificium aut est uictima. & quęcumq in ara cremantur seu ponuntur. Omne aut qd do datur. aut dedicat aut consecrat. Quod dicat. dicendo dat. Unde & appellatur. Unde errant qui consecrationem dedicationem putant significari. Immolatio abantiquis dicta. eo qd immolare altaris posita uictima cederet. Unde & mactatio post immolationem est. Nunc aut immolatio panis & calicis conuenit.

Libatio aut tantumodo calicis oblatio e. hinc e illud. Et libauit desanguine uuę. Sic & secularium quida poetaru. Nunc inquit pateras libate ioui. Libare ergo pprie fundere e. sumptumq nom exlibero quoda. qui ingrecia usu repperit uinis. Hostię apud ueteres dicebant sacrificia quę fiebant ante qua adhostem pgerent. Uictimę uero sacrificia quę post uictoria deuictis hostib. immolabant. Et erant uictimę maiora sacrificia qua hostię. Alii uictima dicta putauerunt quia ictu percussa cadebat. uel quia uincta adaras ducebat. Holocaustu illud est. ubi totu igne csumitur qd offert. Antiqui eni cu maxima sacrificia administrarent. solebant totas hostias insacroru consumere flamma. & ipsa erant holocaustomata. Olo eni grece totu dicit. Caustis. incensio. & holocau

tum totum incensum. Cerimoniae apud latinos dicuntur sacra omnia. quae apud grecos orgia uocantur. Proprie autem uisum est doctoribus a carendo appellari cerimonias quasi carimonias eo quod his quae in sacris diuinis offeruntur in suo usu his carerent homines. Quod nomen etiam in usu est litterarum sacrarum. Alii cerimonias proprie in obseruationibus iudeorum credunt. Abstinentiam scilicet quarundam escarum secundum ueterem legem. eo quod obseruantes careant his rebus quibus se abstinuerint. Sacrificium dictum quasi sacrum factum. quia prece mystica consecratur in memoria pro nobis dominicae passionis. Unde hoc eo iubente corpus christi et sanguinem dicimus. quod dum sit ex fructibus terrae sanctificatur et fit sacramentum operante inuisibiliter spiritu dei. cuius panis et calicis sacramentum greci eucharistiam dicunt. Quod latine bona gratia interpretatur. et quid melius sanguine et corpore christi. Sacramentum est in aliqua celebratione cum res gesta ita fit ut aliquid significare intellegatur. quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptismum et chrisma. corpus et sanguis. Quae ob id sacramenta dicuntur. quia sub tegumento corporalium rerum uirtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum latenter operatur effectu. Unde seu per bonos seu per malos ministros intra dei ecclesiam dispensentur. tamen quia sanctus spiritus mystice illa uiuificat qui quondam apostolico in tempore uisibilibus apparebat operibus. nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur haec dona nec malorum adtenuantur. quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Unde et grece mysterium dicitur. quod secretam et reconditam habeat dispositionem. Baptismum grece. latine tinctio interpretatur. Quae idcirco tinctio dicitur quia

ibi homo spiritu gratiae in melius inmutatur. et longe aliud quam erat efficitur. Prius enim fedi eramus deformitate peccatorum. in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione uirtutum. Unde et in canticis scribitur canticorum. Quae est ista quae ascendit dealbata. Cuius mysterium non aliter nisi sub trinitatis designatione id est patris et filii et spiritus sancti cognominatione completur. Dicente domino ad apostolos. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus stat omne uerbum. ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominis diuini. Quod autem per aquam baptismum datur. haec ratio est. Uoluit enim dominus ut res illa inuisibilis per congruens et profecto contrectabile et uisibile inpenderetur elementum. Super quod etiam in principio ferebatur spiritus sanctus. Nam sic aqua purgatur exterius corpus. ita latenter eius mysterio per spiritum sanctum purificatur animus. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enim deo descendit spiritus sanctus de celis et medicatis aquis sanctificat eas de semetipso. et accipiunt uim purgationis. ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur. Chrisma grece. latine unctio nominatur. Ex cuius nomine et christus dicitur. et homo post lauacrum sanctificatur. Nam sicut in baptismum peccatorum remissio datur. ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur. Et hoc de pristina disciplina qua ungui in sacerdotium et in regnum solebant. ex quo et aaron a moyse unctus est. Quae dum carnaliter fit. spiritaliter proficit. Quo et in ipsa baptismi gratia uisibilis actus quo in aqua mergimur. sed spiritalis effectus quo a delictis mundamur.

mur. Hoc significat illud unguentum quod pec
catrix mulier super pedes. & ea quę dicitur
non fuisse peccatrix super caput ihu fudisse
scribuntur. Manus impositio ideo fit. ut per
benedictionem aduocatus inuitetur spiritus
sanctus. Tunc enim ille paraclytus post mun
data & benedicta corpora libens apatre de
scendit. & quasi super baptismi aquam tam
quam super pristinam sedem recognoscens
quiescit. Nam legitur quod inprincipio aquis
super ferebatur spiritus sanctus. Exorcismus gre
ce. latine coniuratio. siue sermo increpationis
est aduersus diabolum, ut discedat. Sicut est il
lud in zacharia. Et ostendit mihi ihm sacerdo
tem magnum stantem coram angelo dni. &
satan stabat addextris eius ut aduersaretur ei.
Et dixit dns adsatan. Increpet dns inte satan. &
increpet dns inte qui elegit hierlm. Hoc est exor
cismu. increpare & coniurare aduersus diabolu.
Unde sciendu qd non creatura di in infantib; exorci
zatur aut exsufflatur. sed ille sub quo st omnes qui
cu peccato nascuntur. Est eni princeps peccatorum.
Symbolum plinguam grecam signu uel conlatio
interpretatur. Discessuri enim apostoli adeu
angelizandu ingentibus. hoc sibi predicatio
nis signum uel indicium posuerunt. Continet
aut confessionem trinitatis & unitatem ecclę.
& omne xpianę dogmatis sacramentum. Quod
symbolum fidei & spei nrę non scribitur incarta &
inatramento. sed intabulis cordis carnalibus. Oratio
petitio dicitur. Nam orare est petere. sicut exo
rare impetrare. Constat aut oratio loco & tem
pore. Loco. quia nonubiq cum prohibeamur
aexpo inpublico sed ubi oportunitas dederit
aut necessitas inportauerit. Neq enim contra
preceptum reputatur abapostolis factum. qui
incarcere audientibus custodibus orabant &
canebant deo. De tempore uero dictum est. sine
intermissione orate. Sed hoc singularibus. Nam
est obseruatio quarundam horarum communiu.
quę diei inter spatia signant. Tertia sexta & nona.
Similiter & noctis. Sed ideo hę orandi horę diuisę
sunt. ut si forte aliquo fuerimus opere detenti
ipsud nos adofficium tempus admoneat. Quę te
pora inscripturis inueniuntur. Primum enim
sps sanctus congregatis discipulis hora tertia in
fusus est. Petrus qua die uisionem communica
tionis in illo uasculo expertus est. sexta hora oran
di gratia ascenderat. Idem & iam cum iohanne
hora nona templum adiit. quando paraliticu
sanitate reformauit. Sed & danihelum legimus
hęc tempora inoratione obseruasse. Ut utriq ex
israhelis disciplina. ut neminus quam terque
Debitores enim sumus trium: patris & filii & spiri
tus sancti. Exceptis utiq & aliis legitimis orationib;
quę sine ulla ammonitione debentur ingressus
lucis ac noctis siue uigiliarum. Sed & cibum non
prius sumere quam interposita oratione. Priora
enim habenda st sps refrigeria. quia priora cę
lestia quā terrena. Qui aut uult orationē suā uo
lare addm. faciat illi duas alas. ieiuniū uel ele
mosynā. & ascendet celeriter & exaudiet. Ieiuniū ē
parsimonia uictus. & abstinentia ciborū. Cui nom
est inditum exquadā parte uiscerū ieiuni semp &
uacua. qd uulgo ieiuniū uocat. Unde ieiunii nom
credit diriuatū. qd sit media uiscera uacuā & exi
nanita existant. Ieiuniū aut & statio idē equū. Statio
aut demilitari exemplo nom accepit; pro eo qd nulla
lętitia obueniens castris stationem militū rescindit.
Nam lętitia libentius. tristitia sollicitius administrat
disciplinā. Unde & milites nūquā inmemores sacra
menti magis stationibus parent. Discernunt autē
quidam inter ieiuniū & stationē. Nam ieiuniū ē
indifferenter cuiuslibet diei abstinentia. n secdm

legem sed secundum propriam uoluntatem. Statio autem est obseruatio statutorum dierum uel temporum. Dierum ut quartae feriae et sextae feriae ieiunium ex lege praeceptum. De qua statione in euangelio dicit ille. Ieiuno bis in sabbato. Id est quarta et sexta sabbati. Temporum autem quae legalibus ac propheticis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt. ut ieiunium quarti. quinti. septimi ac decimi. uel sic in euangelio dies illi in quibus ablatus est sponsus. uel sicut obseruatio quadragesimae quae in uniuerso orbe institutione apostolica obseruatur circa confinium dominicae passionis. His tertium genus quidam adiciunt. quam xerofagiam dicunt. abstinentiam scilicet ciborum humentium. Unde et nomen hoc datum. eo quod siccis quidam escis utantur.

Penitentia appellata quasi punitentia. eo quod ipse homo in se penitendo puniat quod male amisit. Nam nihil aliud agunt quos ueraciter penitet. nisi ut id quod male fecerunt inpunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcentibus ille parcit cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor euadit. Perfecta est autem poenitentia. preterita deflere. et futura non admittere. Haec secunda in similitudine fontis est. ut si forte inpugnante diabolo aliquod peccatum inrepserit. hunc satisfactione purget. Satisfactio est autem causas peccatorum et suggestiones excludere. et ultra peccatum non iterare. Reconciliatio uero est quae post conplementum penitentiae adhibetur. Nam sic reconciliamur deo quando primum a gentilitate conuertimur. ita reconciliamur quando post peccatum penitendo regredimur.

Exomologesis greco uocabulo dicitur. quod latine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intellegitur confessio. sicut est confiteor tibi domine pater caeli et terrae. Aut dum quisque confitentur sua peccata ab eo indulgenda cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo greco uocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis. qua delictum nostrum domino confitemur. Non quidem ut ignaro cuius cognitioni nihil occultum est. sed confessio est rei scilicet eius quae ignoratur professa cognitio. Utile enim sibi ac iocundum quisquam esse existimauerat rapere. adulterare. furare. Sed ubi haec aeternae damnationi obnoxia esse cognouit. cognitis his confitetur errorem. Confessio autem erroris professio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est dum confessio est. Confessio autem antecedit. remissio sequitur. Ceterum extra ueniam est qui peccatum cognoscit nec cognitum confitetur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est. habitu atque uictu. sacco et cineri incubare. corpus sordibus obscurare. animum meroribus deicere. illa quae peccant tristi tractatione mutare. Letaniae autem greco nomine appellantur. quae latine dicuntur rogationes. Inter letanias uero et exomologesin pro sola confessione peccatorum agitur.

Letaniae uero quae indicuntur propter rogandum dominum et impetrandam in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam utrumque uocabulum sub una designatione habetur. nec distat uulgo utrum letaniae an exomologesin dicantur. Supplicationis autem nomen quodammodo nunc ex gentilitate retinetur. Nam feriae aut legitimae erant apud eos aut indictae. Indicta autem. quia paupertas antiqua romanorum ex conlatione sacrificabat. aut certe de bonis damnatorum. Unde supplitia dicuntur supplicationes quae fiebant de bonis passis. Sacrae enim res de rebus execrandorum fiebant.

## ITEM CAPITUL(A) DE LIBRO SEXTO.

# Item capitula libri .VI.



Explicivnt capitula.

## Incipit liber .VI.

Beatissimus Hieronimus uir eruditissimus et multarum linguarum peritus hebreorum nominum interpretationem primus in latinam linguam conuertit. Ex quibus pro breuitate praetermissis multis quaedam huic operi adiectis interpretationibus interponenda studui. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid uelint intellegi. Habent enim quaedam ex propriis causis nominum rationem. In principio autem decem nomina ponimus quibus apud hebreos deus uocatur. Primum apud hebreos dei nomen el dicitur, quod alii deum, et alii ethymologiam eius exprimentes ischiros, id est fortem interpretati sunt. Ideo quod nulla infirmitate opprimitur, sed fortis est et sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen eloi. Tertium eloe, quod utrumque in latinum deus dicitur. Est autem nomen in latinum ex greca appellatione translatum. Nam deus grece theos fobos dicitur, id est timor. Unde tractum est deus, quod eum colentibus sit timor.

Os autem proprie nomen est trinitatis pertinens ad patrem et filium et spiritum sanctum. Ad quam trinitatem etiam reliqua quae in deo infra sunt posita uocabula referuntur. Quartum nomen dei dicitur sabaoth, quod uertitur in latinum exercituum siue uirtutum.

De quo in psalmo ab angelis dicitur: Quis est iste rex gloriae? Dominus uirtutum. Sunt enim in huius mundi ordinatione uirtutes multae, ut angeli, archangeli, principatus et potestates, cunctique caelestis militiae ordines, quorum tamen ille dominus est.

Omnes enim sub ipso sunt eiusque dominatui subiacent. Quintum elion, quod interpretatur in latinum excelsus, quia supra caelos est, sicut scriptum est de eo:

Excelsus dominus super caelos gloria eius. Excelsus autem dictus per ualde celsus. Ex enim per ualde ponitur,

sic eximius, quasi ualde eminens. Sextum eie, id est qui est. Deus enim solus quia aeternus est, hoc est quia exordium non habet, essentiae nomen uere tenet. Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum. Quaerenti enim quod est nomen eius, qui eum pergere praecipiebat ad populum ex Aegypto liberandum, respondit: Ego sum qui sum, et dices filiis Israhel: Qui est misit me ad uos.

Tamquam in eius conparatione qui uere est, quia incommutabilis est, ea quae commutabilia facta sunt quasi non sunt. Quod enim dicitur fuit, non est, et quod dicitur erit, nondum est. Deus autem esse tantum nouit, fuisse et futurum esse non nouit. Solus enim pater cum filio et spiritu sancto

ueraciter ē. cuius essentię coparatū et
nostrū. n esse ē. Vnde et in colloquio dicit
illuit ds. quia essentia uita uiuit. quā
mors n habet. Septimū adonai qđ gene
ralit interpretat dns. qđ dominet creaturę
cunctę; uel qđ creatura omis dominatui
eius deseruiat. Dns ḡ et ds. uel qđ dominet
omib. uel qđ timeat a cunctis. Octauū
ia qđ in dō tantū ponit. quod etiā in alle
luia in nouissima sillaba sonat. Nonū
tetragrammaton. hoc ē quattuor littera
rū. qđ pprie apud hebreos in dō ponit.
Iod. he. uau. he. idest duabus ia quę
duplicata ineffabile illud et gloriosū di
nom efficiunt. Dicit aut ineffabilis. non
quia dici n potest. s quia finiri sensu et
intellectu humano nullatenus potest. Et
ideo quia deo nihil digne dici potest.
ineffabilis est. Decimū saddai. idest om
nipotens. Vocatus aut omnipotens. eo
qđ omia potest. Sed a faciendo qđ uult. non
a patiendo qđ n uult. Quod si ei accideret.
nequaquā esset omnipotens. Facit enim
quidquid uult. et inde omipotens. Est
omipotens. quia ipsius sunt omia quę
ubiq sunt. Solus enī totius mundi habet
imperiū. Dicunt aut et alia quędā in
dm substantialit nomina. ut inmortalis.
incorruptibilis. incomutabilis. ęternus. Vn
de et merito cunctę pponit creaturę. In
mortalis. sic deo scriptū ē. qui solus ha
bet inmortalitatē. quia in eius natura
nulla ē comutatio. Nā omis mutabili
tas. non incueniens mortalis dicit. Sedm
quā et anima dicit mori. n quia incor
pus uel in aliquā alterā substantiā mu
tat et uertitur. sed in ipsa sua substantia.

Quicquid alio modo nunc est aut fuit.
sedm id qđ desistit ē qđ erat. mortalis
utiq dephendit. Ac p hoc solus ds dicit in
mortalis. quia solus incomutabilis. In
corruptibilis appellat. quia corrumpi et
dissolui n potest nec diuidi. Quicquid
enī capit diuisionē. et interitū capit.
Ille nec diuidi potest. nec interire. inde
incorruptibilis est. Incomutabilis ē. qui
semp manet et mutari nescit. nec pficit
quia pfectus ē. nec deficit quia ęternus est.
Eternus est. quia sine tempore ē. Non enī
habet initiū neq finē. Hinc et sempiter
eo qđ sit semp ęternus. A quib, dā aut ęternus
ab ęthere credit dictus. qm cęlū sedes eius
habet. Vnde ē illud. Cęlū cęli dnō. Ergo
ista quattuor unū significant. Nam un
eadēq res dicit. siue dicat ęternus ds. siue
mortalis. siue incorruptibilis. siue inmu
tabilis. Inuisibilis. quia nūquā p substan
suā apparuit oculis mortaliū trinitas. ni
si p speciē subiectę creaturę eademq cor
poreę. Nā nemo potest ipsā manifestatio
nē essentię di uidere et uiuere. Sic et
dictū ē moysi. Vnde et in euangelio dns
dic. Dm nemo uidit ūquā. Res ē enī in
uisibilis. Ideoq non oculo sed corde quę
rendus ē. Inpassibilis quia nullis ptur
bationib. afficit quib, fragilitas huma
na succūbit. Non enī attingunt eū ulle
passiones. ut libido. iracundia. cupiditas
timor. meror. inuidia. et cętera quibus
mens humana turbat. Sed cū dicit dm
irasci aut zelari aut doleri. nro usu dicit.
Apud dm enī pturbatio nulla ē. apud quē
tranquillitas sūma ē. Simplex aut dicit
siue non ammittendo qđ habet. seu quia

non aliud est ipse, aliud quod in ipso est, sicut in homine cuius aliud est esse et aliud sapere. Nam et est potest et sapiens non esse. Deus autem habet essentiam, habet et sapientiam. Sed quae habet hoc et est, et omnia unus est. Ac per inde simplex est, quia non in eo aliquid accidentis est, sed et quod est et quod in ipso est essentialiter est, excepto quod relative ad quamcumque personam est. Summe bonus, quia incommutabilis est. Creatura vero bonum, sed non summum est, quia mutabilis est. Et dum sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum. Incorporeus autem vel incorporalis ideo dicitur Deus, ut spiritus credatur vel intellegatur esse, non corpus. Nam dum dicitur spiritus, eius significatur substantia. Inmensus, quia cuncta concludit, ipse a nullo concluditur, sed omnia intra eius omnipotentiam coartantur. Perfectus dicitur, quia nihil possit adici ei. Verum tamen de consummatione alicuius facti perfectio dicitur. Deus autem qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hoc vocabulum de usu nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba, quatenus id quod ineffabile est utcumque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit. Sic sunt et alia. Creator dictus propter universitatis mundi rebus ab ipso creatis. Nihil enim est quod non originem a Deo traxerit. Ipse et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil est aliud potest quod tantundem capiat potestatis. Haec igitur quae de Deo dicta sunt ad totam pertinent trinitatem propter unam et coaeternam substantiam, sive in patre, sive in filio eius unigenito in forma Dei, sive in spiritu sancto, qui unus spiritus est Dei patris et filii eius unigeniti. Sunt et quaedam vocabula ex usu nostro ad Deum sumpta de membris nostris sive de inferioribus; et quia in propria natura invisibilis et incorporeus est, pro efficientiis tamen causarum in ipso rerum species adscribuntur, ut more locutionis nostrae facilius se ipsum insinuet. Ut quia omnia videt, dicatur oculus; et propter quod audit omnia, dicatur auris; pro eo autem quod avertitur, ambulat; pro eo quod expectat, stat. Sic et in ceteris horum similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens et memorans. Hinc est quod et propheta dicit: Iuravit dominus exercituum per animam suam. Non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Nam et facies Dei in scripturis sacris non caro, sed divina cognitio intellegitur, eadem ratione qua per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo: Ostende nobis faciem tuam, ac si dicat: Da nobis agnitionem tuam. Sic et vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus per speculum agnoscitur, ad perfectum vero omnipotens repperitur, dum in futuro facie ad faciem quibusque electis praesentabitur, ut ipsa specie contemplentur cuius nunc vestigia conprehendere conantur. Hoc est quae videre per speculum dicuntur. Nam et situs et habitus et locus et tempus in Deo non proprie, sed per similitudinem translative dicuntur. Quippe sedere super Cherubin dicitur, quod est ad situm; et habitu tamquam vestimentum amictus, quod est ad habitum; et anni tui non deficient, quod ad tempus pertinet; et si ascendero in caelum, tu ibi es, quod ad locum. Nam et in propheta plaustri portantis fenum species ad Deum dicitur. Et haec omnia per figuram de Deo, quia nihil est horum ad proprietatem substantiae eius.

## De filio Dei. 11

Multis etiam modis Christus appellari in scripturis invenitur divinis. Nam ipse Dei patris unigenitus filius, dum esset aequalis patri, propter salutem nostram formam servi accepit. Proinde quaedam nomina in illo ex divinitatis substantia, quaedam ex dispensatione susceptae humanitatis adsumpta sunt. Christus namque a chrismate est appellatus, hoc est unctus.

Preceptum enim fuerat iudeis ut sacrum confice
rent unguentum quo perungui possent hi qui
vocabantur ad sacerdotium vel ad regnum. Et sic
nunc regibus indumentum purpure insigne est regie
dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti
nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde
christi dicti a crismate quod est unctio. Nam χρισ
μα grece latine unctio nuncupatur. Que
etiam domino nomen accommodavit facta spiritalis
quia spiritu unctus est a deo patre, sicut in ac
tibus apostolorum: Collecti sunt enim in hac civi
tate adversus sanctum filium tuum quem unxisti.
Non utique oleo visibili sed gratie dono quod invi
sibili significatur unguento. Non est ergo sal
vatoris proprium nomen christus, sed communis nun
cupatio potestatis. Dum enim dicitur christus com
mune dignitatis nomen est, dum ihesus christus proprium
vocabulum salvatoris. Christi autem nomen nusquam
omnino alibi nec in aliqua gente fuit,
nisi tantum in illo regno ubi christus prophetaba
batur et unde venturus erat. Messias autem
hebraice dicitur, grece christus, latina autem locu
tione unctus. Ihesus hebraice, grece soter, la
tine autem salutaris sive salvator interpretatur.
Pro eo quod cunctis gentibus salutifer venit.
Ethymologiam enim nominis huius etiam evange
lista significat dicens: Vocabis nomen eius sal
vator, quia ipse salvum faciet populum suum.
Sicut enim christus significat regem, ita ihesus significat
salvatorem. Non itaque nos salvos facit qui
cumque rex, sed rex salvator. Quod verbum lati
na lingua antea non habebat, sed habere
poterat, sicut potuit quando voluit. Em
manuel ex hebreo in latinum significat no
biscum deus. Scilicet quia per virginem natus
dominum in hominibus perquiruntur, id est fides, spes, cari
tas. In fide quid credendum, in spe quid speran
dum, in caritate quid sit amandum. Fides est
qua ueraciter credimus id quod nequaquam ui
dere ualeamus. Nam credere iam non possumus
quod uidemus. Proprie autem nomen fidei inde
est dictum, si omnino fiat quod dictum est aut pro
missum. Et inde fides uocata, ab eo quod fit
illud quod inter utrosque placitum est quasi inter deum et
hominem. Hinc et foedus. Spes uocata quod sit
pes progrediendi, quasi est pes. Unde e contrario
desperatio. Deest enim ibi pes, nullaque progredien
di facultas est. Quia dum quisque peccatum amat,
futuram gloriam non sperat. Caritas graece, la
tine dilectio interpretatur, quod duos in se inli
get. Nam dilectio a duobus incipit, quod est amor
dei et proximi. De qua apostolus: Plenitudo inquit
legis dilectio. Maior est caritas autem his omnibus, quia
qui diligit, et credit et sperat; qui autem non diligit,
quamuis multa bona faciat, frustra laborat. Om
nis autem dilectio carnalis non dilectio sed magis amor dici solet.
Dilectionis autem nomen tantum in melioribus
rebus accipi solet.

## ITEM IN LIBRO SEPTIMO QUO SUPRA.

I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII

## DE HERESIBUS ET SCISMA.

Hereses graece ab electione uocantur, quod
scilicet unusquisque id sibi eligat quod
melius illi esse uidetur, ut philosophi Peripa
tetici, Achademici, Epicurei et Stoici, uel
sic alii qui peruersum dogma cogitantes arbi
trio suo de ecclesia recesserunt. Unde heresis dic
ta graeca uoce ex interpretatione electionis,
qua quisque arbitrio suo ad instituenda siue
ad suscipienda quaelibet ipsi sibi elegit. Nobis
uero nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed
nec eligere quod aliquis de arbitrio suo in
duxerit. Apostolos dei habemus auctores, qui
nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod in
ducerent elegerunt, sed acceptam a Christo dis
ciplinam fideliter nationibus adsignauerunt. Itaque
etiam si angelus de caelis aliter euangelizauerit, ana
thema uocabitur. Secta a sequendo et tenendo
nominata. Nam sectas dicimus habitus animo
rum ac instituta circa disciplinam uel propositum
quem tenendo sequuntur, longe alia religionis
cultu opinantes quam ceteri. Scisma ab scis
sura animorum uocata. Eodem enim cultu eodem
ritu credit ut ceteri; solo congregationis de

vel discidio

lectae dissidio. Ita aut scisma cu dicunt homines. nos iusti sumus. nos scificamus inmundos. et cetera similia. Superstitio dicta eo quod sit superflua aut sup instituta obseruatio. Alii dicunt a senibus quia multis annis superstites p aetate delirant. et errant superstitione quada nescientes quae uetera colant aut quae ueteru ignari adsciscant. Lucretius aut superstitione dicit superstitu reru id est celestiu et diuinoru quae sup nos stant. sed male dicit. Hereticoru aut dogmata ut facile possint agnosci. causas eoru uel nomina demonstrare oportuit.

## DE HERESIBUS IUDEORUM. II.

Iudaei confessores interpretantur. Multos enim ex his secuta e confessio quos antea pfidia possidebat. Hebrei transitores dicuntur. quo nomine admonentur ut de peiorib. ad meliora transeant. et pristinos errores relinquant. Pharisei et saducei inter se contrarii sunt. Nam pharisei ex hebreo in latinu interpretantur diuisi. eo quod traditione et obseruatione quas illi deuteresis uocant iusticia pferunt. Unde et diuisi uocantur a populo. quasi p iusticia. Saducei interpretantur iusti. Vindicant enim sibi quod non sunt. corporis resurrectione negant. et anima interire cu corpore predicant. Hi quinque tantu libros legis recipiunt. Essei dicunt ipsu esse xpm qui docuit illos omne abstinentia. Marbonei dicunt ipsu esse xpm qui docuit illos in omni re sabbatizare. Geniste dicti eo quod de genere abrahe esse se glorientur. Nam cu in babilonia uenisset populus di. plerique relinquentes uxores suas. babylonicis mulierib. adheserunt. Quida aut israheliticis tantu coniugiis contenti uel ex eis geniti dum reuersi essent de babylonia diuiserunt sibi hoc nom iactantie. Meriste appellati eo quod separent scripturas. non credentes omnibus pphetis dicentes aliis et aliis spiritib. illos pphetasse. Meris enim grece. Samaritae dicti quod lege sola custodiant. Nam pphetas non recipiunt. Hemerobaptiste eo qd cottidie uestimenta sua et corpora lauent.

## DE HERESIBUS XPIANORUM. III.

Quidam etiam heretici qui de ecclesia recesserunt ex nomine suorum auctorum nuncupantur. Quidam uero ex causis quas elegentes instituerunt. Symoniani dicti a symone magice disciplinae perito. cui petrus in actib. aptorum maledixit. eo qd ab aptis sps sci gram peccunia emere uoluisset. Hi dicunt creatura non a do sed a uirtute quada superna creata. Menandriani a menandro mago discipulo symonis nuncupati. qui mundu non a do sed ab angelis factum asseruit. Basilidiani a basilide appellati qui inter reliquas blasphemias passu ihm abnegauit. Nicolaite dicti a nicolao diacono ecclesie hyerosolimorum. qui cu stephano et ceteris constitutus est a petro. Qui ppt pulchritudinem relinquens uxore. ut qui uellet ea uteretur. auersa est in stupru talis consuetudo ut qui uellet ea uteret. ut in uicem coniugia comutarent. quos iohannes in apocalypsin inpbat dicens. Sed hoc habes quod odisti acta nicolaitaru. Agnostici ppt excellentia scientiae se ita appellari uoluerunt anima natura di esse dicunt. Bonu et malu dm suis dogmatib. fingunt. Carpogratiani a carpogrates quoda uocantur qui dixit xpm homine fuisse tantu et de utroque sexu pgenitu. Chirintiani a chirinto quoda nuncupati. Hi inter cetera circumcisione obseruant. Mille annos post resur

rectione in uoluptate carnis futuros pdicant·
Vnde et grece chiliaste latine miliasti sr ap
pel lati· Nazarei dicti quia dm xpm
qui a uico nazareus est appellatus filiu di con
fitent· omia ueteris legis custodiunt· Ofite
a colubro nominati st· Coluber eni grece
ofi dicit· Colunt eni serpentem dicentes ipsu
in paradiso induxisse uirtutis cognitione·
Valentiniani a ualentino quodã platonico
sectatore uocati· qui comas ide secula quę
dã in origine di creatoris induxit· Xpm
quoque de uirgine nihil corporis adsump
sisse· sed p ea quasi p fistulã transisse asse
runt· Appellitę· quoq; appelles· qui cre
atore angelu nescio que gloriosu superi
oris di faciens dm legis ibi illu igneum
adfirmans· dixit xpm n dm in ueritate
sed homine in fantasia apparuisse· Arco
tiani a principib· appellant· qui in uniuer
sitate quã ds condidit opera ee archange
loru defendunt· Adamiani uocati quod
adę imitent nuditate· Vnde et nudi orant·
et nudi int se mares feminęq; conueniunt·
Caiani pinde sic appellati· qm cain adorant·
Sethiani nom acceper a filio adã qui uoca
tus e seth· dicentes eunde ee xpm· Melchi
sedechiani uocati p eo qd melchisedech sa
cerdote di non homine fuisse sed uirtute
di ee arbitrant· Angeli uocati quia an
gelos colunt· Apostolici hoc sibi nom
ideo psumpser· qd nihil possidentes pprii·
nequaquã recipiat eos qui aliquid in hoc
mundo utuntur· Cerdoniani a cerdo
ne quodã nominati· qui duo contraria
principia asserunt· Marcionistę a marci
one stoico philosopho appellati· qui cerdo
nis dogma secutus alteru bonu alteru
iustu dm asserunt· tamquã duo principia
creatoris et bonitatis· Artotyritę ab oblatio
ne uocati· Pane eni et caseu offerunt dicentes
primis hominib· oblatione a fructib· træ et
a fructib· ouiu fuisse celebratã· Aquarii
appellati eo quod aquã sola offer in calice
sacramenti· Seueriani a seuero exorti,
Vinu non bibunt· uetus testamtu et resurrec
tione non recipiunt· Tatiani a tatiano quo
dã uocati· qui et encratitę dicti quia carnes
abominant· Alogii uocant tãquã sine
uerbo· Logos eni grece uerbu dicit· Dm eni
uerbu non credunt· respuentes iohannis euan
geliu et apocalypsin· Catafrigas nomen
prouintia frigia dedit· quia ibi extiterunt·
auctores eoru montanus· prisca· et maxi
milla fuer· Hi aduentu sps sci non in aposto
lis sed in se traditu asser· Catarœ pp mun
ditia se nominauer· gloriantes eni de suis
meritis· negant penitentib· uenia peccatoR·
Viduas si nupserint· tamquã adulteras dã
nant· mundiores se ceteris pdicant· qui
nom suu si cognoscere uellent mundanos
se potius quã mundos uocarent· Paulia
ni a paulo samosateno exorti st· qui dixit
non semp fuisse xpm sed a maria sumpsisse
initiu· Ermogeniani ab ermogene quodã
uocati· qui materiã nnatã introducens
do nnato eã coparauit· matremq; elementoR
et deã asserunt· quos apostolus inpbat ele
mentis seruientes· Manichei a quodã pso
extiter qui uocatus e manes· Hi duas
naturas et substantias introduxit· id est
bonã et malã· et animas ex do quasi ex
aliquo fonte manare asserunt· Testamtu
uetus respuunt· nouu ex parte recipiunt·
Antropomorfitę dicti p eo qd simplicitate

rustica dm̄ habere humana membra quę
in diuinis libris scripta sunt arbitrant̄. Antro
po enim grece. latine homo interpretat̄. Igno
rantes uocem dn̄i qui ait. sps̄ est ds̄. Incorpo
reus est enim. nec membris distinguit̄. nec
corporis mole censet̄. Eraclitę ab eraclio
auctore exorti. Monachos tantum recipiunt
coniugia respuunt. regna cęlorum paruulos ha
bere non credunt. Nouatiani a nouato ro
manę urbis pbr̄o exorti. qui aduersus cornelium
cathedrā sacerdotalē conatus inuadere here
sem instituit nolens apostatas suscipere. et
rebaptizans baptizatos. Montani heretici
dicti quod tempore psecutionis in montib;
latuer̄. qua occasione se a catholicę ecclę cor
pore diuiser̄. Ebionitę ab ebione dicti. siue
a paupertate. Xpm̄ enim p profectu suę uitę uirū ius
tū putant effectū. Unde conpetenter ebionei
p paupertate intellegentię apellati sunt. Hi semi
iudei sunt. et ita tenent euangeliū ut legem
carnalit̄ seruent. Aduersus quos ad gala
thas apl̄s scribens inuenit̄. Fotiniani a fo
tino gallo grecię sirmię episcopo nuncupa
ti. qui ebionitarū heresē suscitans asseruit
xpm̄ a maria p ioseph nuptiali coitu fuis
se conceptū. Ariani ab erio quodā nuncu
pati sunt. Hi offerre sacrificium p defunctis sper
nunt. Etiani ab etio sunt uocati. Idemq; euno
miani ab eunomio quodā dialectico etii
discipulo ex cuius nomine magis innotuer̄.
Dissimilē patri asserentes filiū et filio spm̄ scm̄.
Dicunt etiā nullū inputari peccatū in fide
manentium. Origeniani origene auctore
exorti sunt dicentes qd̄ non possit filius uide
re patrē nec sps̄ scs̄ filiū. Animas quoq; in
mundi principio dicunt peccasse. et p diuer
sitate peccatorum. a cęlis usq; ad terras diuersa corpa

ra quasi uincula meruisse. eaq; causa fact
fuisse mundū. Noetiani a quodā noeto uo
ti. qui dicebat xpm̄ eundē ee̅ et patrē. et
spm̄ scm̄. ipsaq; trinitatē in officiorum nominib
non psonis accipiunt. Unde et patri passiani
uocant̄ quia patrē passū dicunt. Sabellia
ni ab eodē noeto pullulasse dicunt̄ cuius
discipulū phibent fuisse sabelliū. Ex cuius
nomine maxime innotuer̄. unde et sabel
liani uocati sunt. Hi unā psonā patris et fil
et sps̄ sci astruunt. Arriani ab arrio ale
andrino presbitero orti sunt qui coęternum
patri filiū n agnoscens. diuersas in trinita
te substantias asseruit contra illud qd
ait dn̄s. Ego et pat̄ unū sumus. Macedo
niani a macedonio constantinopolitano
episcopo dicti sunt. negantes dm̄ ee̅ spm̄ scm̄
Apollinaristę ab apollinare uocati sunt dicen
tes xpm̄ corpus tantūmodo sine anima
suscepisse. Antedico maritę appellati sunt
p eo qd̄ marię uirginitati contra dicunt
asserentes eā post xpm̄ natū uiro suo fuis
se comixtā. Metangis nominati ideo ta
nom acceper̄ quia angios grece uas dicit
Asser̄ enim sic ee̅ in patre filiū tamquā uas
minus intra uas maius. Patriciani a qu
dā patricino nuncupati sunt qui substanti
humanę carnis a diabolo conditā dicun
Quoltiani a quodā colito nominati qui
dicunt dm̄ non facere mala. contra illud
quod scriptū est. Ego ds̄ creans mala.
Floriani a florino. qui e contrario dicunt
dm̄ creasse mala. contra id quod scriptu
ē. fecit ds̄ omā bona. Donatistę a doma
to quodā afro nuncupati. qui de numidi
ueniens totā pene affricā sua psuasione
decepit. asserens minorē patri filiū et m

nore filio spm sem. et rebaptizans catholicos.
Bonosiaci abonoso quodā episcopo exorti p
duntur qui xpm filiū dī adoptiuū non ppri
ū asserunt. Circiliones dicti eo qd agrestes
sint quos cotopitas uocant. supra dictę ere
sis habentes doctrinā. Hi amore martyrii
semetipsos perimunt. ut uiolenter dehac
uita discedentes martyres nominentur.
Priscillianistę aprisciliano uocati quiin
spania exerrore gnosticorū et manicheorum
pmixtū dogma conposuit. Luciferiani.
alucifero sirmię epo orti. qui episcopos
catholicos qui constantii psecutione pfidię
arrianorū sentientes erant et postea correcti
redire incatholicā delegerunt damnantes.
siue qd crediderunt: siue qd se credidisse simu
lauerant. quos eccła catholica materno
recepit sinu tamquā petrū post fletū ne
gationis. Hanc illi matris caritatem superbe
accipientes. eosq; recipere nolentes abecclę
comunione recesserunt: et cū ipso lucifero auc
tore suo qui mane oriebatur cadere meruerunt.
Iouinianistę aiouiniano quodā monacho dic
ti. asserentes nullā nuptiarū et uirginū
ēē distantiā nullūq; inter abstinentes et sim
pliciter epulantes ēē discrimen. Elbidiani eluidiani
abelbidio nominati. qui dicunt postna
tū xpm alios mariā filios deuiro ioseph
peperisse. Patriani apatrio quodā ex
orti. Inferiores corporis partes adiabolo
factas opinantur. Arabici nuncupati eo qd
inarabia exorti sunt. Dicentes animā cū
corpore mori atq; innouissimo utrūq;
resurgi. Tertullianistę dicti atertullia
no presbitero africanę prouincię ciuitatis
cartaginensis. animā inmortalē ēē sed cor
poreā pdicantes. et animas hominū peccatores

post mortem indemones uerti putantes.
Tesseres decatitę dicti. qd quarta decima
luna pascha cū iudeis obseruanda contendunt.
Nam tessera quattuor: deca decem significant.
Nictages asomno nuncupati. quod uigilias
noctis respuant. superstitionem ēē dicentes.
iura temerari diuina qui noctem adrequiē
tribuit. Pelagiani apelagio monacho ex
orti. Hi liberū arbitriū diuinę gratię ante
ponunt dicentes sufficere uoluntatem
adimplenda iussa diuina. Nestoriani
anestorio constantinopolitano episcopo
nuncupati. qui beatā uirginem mariam
nō dī sed hominis tantūmodo asserit ge
netricem. ut aliā psonā carnis aliā faceret
diuinitatis. nec unū xpm inuerbo dī et carne
credidit. sed separatī atq; seiunctī alte
rū filiū dī alterū hominis pdicauit.
Eutitiani dicti abeutice constantinopolita
no abbate. qui xpm post humanā adsump
tionem negauit existere deduabus natu
ris. sed solā ineo diuinā asserit ēē naturā.
Acefalitę dicti idest sine capite. Nullus enī eorū
reppertur auctor aquo exorti sunt. Hi trium
calcidonensiū capitulorū inpugnatores duarū
inxpo substantiarū ppietatem negant. et unā
inei psona naturā predicant. Teodosiani et ga
ianitę appellati ateodosio et gaiano. qui tem
poribus iustiniani principis inalexandria po
puli puersi electione uno die sunt ordinati
episcopi. Hi errores euticetis et dioscori sequen
tes. calcidonense conciliū respuunt. Exduabus
unā inxpo naturā asserunt: quā teodosiani cor
ruptā. gaianitę incorruptā contendunt. Gno
itę et tritoitę ateodosianis exorti sunt. exquibus
gnoitę abignorantia dicti quia puersitati aqua
exorti sunt id adiciunt qd xpi diuinitas ignoret.

futura que sunt scripta de die et hora nouissima, non recordantes Christi persona in Esaia loquentis: "Dies iudicii in corde meo." Tritoite uocati, quod sicut tres personas in trinitate, ita quoque tres astruunt deos esse. Contra illud quod scriptum est: "Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est." Sunt et aliae hereses sine auctore et sine nominibus, ex quibus aliae triforme putant esse Deum; aliae Christi de patre natiuitatis initium temporis dant; aliae liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt; aliae animam imaginem Dei negant; aliae animas conuerti in demones et in quaecumque animalia existimant; aliae de mundi statu dissentiunt; aliae innumerabiles mundos opinantur; aliae aquam Deo coeternam faciunt; aliae nudis pedibus ambulant; aliae cum hominibus non manducant. Hae sunt hereses aduersus catholicam fidem exortae, et ab apostolis et a sanctis patribus uel conciliis condemnatae. Quae dum in se multis erroribus diuisae inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter scripturam sanctam intellegit quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest.

IIII.

## DE PHYLOSOPHIS GENTIUM.

Phylosophi greca appellatione uocantur, qui latine amatores sapientiae interpretantur. Est enim phylosophus qui diuinarum et humanarum rerum scientiam habet, et omne bene uiuendi tramitem tenet. Nomen philosophorum primum a Pytagora fertur exortum. Nam dum antea greci ueteres sophystas, id est sapientes aut doctores, sapientiae semetipsos iactantius nominarent, iste interrogatus quid profiteretur, uerecundo nomine phylosophum, id est amatorem sapientiae se esse respondit, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum uidebatur. Ita deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque uideretur excellere, non nisi phylosophus uocaretur. Idem autem phylosophi triplici genere diuiduntur. Nam aut fisici sunt, aut ethici, aut logici. Fisici dicti quia de naturis tractant. Natura quippe grece fisis uocatur. Ethici, quia de moribus disputant. Mores enim apud grecos ethis appellantur. Logici autem, quia in naturis et in moribus rationem adiungunt. Ratio enim grece logos dicitur. Diuisi sunt autem et hi in heresibus suis, habentes quidam nomina ex auctoribus suis, ut platonici, epicurei, pitagorici. Alii a locis conuenticulorum et stationum suarum, ut paripatetici, achademici. Platonici a Platone philosopho dicti. Hi animarum creatorem esse Deum, corporum angelos asserunt, et per multos annorum circulos in diuersa corpora redire animas dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, quam ΠΩΥΚΥΛΗΝ appellabant, in qua picta erant gesta sapientium atque uirorum fortium hystoriae. In hac porticu sapientes phylosophabantur, ex quo et stoici dicti sunt. Grece enim porticus stoa dicitur. Hanc sectam primus Zeno instituit. Hi negant sine uirtute effici quemquam beatum, omne peccatum uniforme esse asserentes. Sic ille nocens erit qui paleas furauerit quam qui aurum, qui mergum occiderit quam qui equum. Non enim animal crimen, sed animus fecit. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt, animum quoque uirtute continentiae affectant, gloriam eternam cum se fateantur non esse eternos. Achademici appellati a uilla

platonis achademia athenarum ubi idem plato docebat. Hi omnia incerta opinantur. Sed sic fatendum est multa incerta et occulta esse quae voluit deus intellegentiam hominis excedere. Sic tamen plurima esse quae possint et sensibus et ratione conprehendi. Hanc sectam archisilatus cyreneicus philosophus repperit. cuius sectator fuit democritus qui dixit tamquam in puteo alto ita ut fundus nullus sit. ita in occulto iacere veritatem. Peripatetici a deambulatione dicti eo quod aristotelis auctor eorum deambulans disputare solitus erat. Hi dicunt quandam particulam animae esse aeternam. De reliquo magna ex parte mortalem. Cinici ab inmunditia inpudentiae nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat. censentes licitum honestumque esse palam cum uxore concumbere. quia coniugium iustum est. Publice id praedicantes agendum ut canes in vicis vel plateis. Unde et a canibus quorum vitam imitabantur. etiam vocabulum nomenque traxerunt. Epicurei dicti ab epicuro quodam philosopho amatore vanitatis non sapientiae. quem etiam ipsi philosophi porcum nominaverunt quasi volutans in ceno carnali voluptatem corporis summum bonum asserens. Qui etiam dixit nulla divina providentia instructum esse aut regi mundum. sed originem rerum athomis id est insecabilibus ac solidis corporibus adsignavit. Quorum fortuitis concursionibus universa nascantur et nata sint. Asserunt autem deum nihil agere. omnia constare corporibus. animam nihil aliud esse quam corpus. Unde et dixit. Non ero postea quam mortuus fuero. Gimnosofistae nudi per opacas indiae solitudines perhibentur philosophari adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gimnae enim ex eo dictum est quod iuvenes nudi exerceantur in campo. ubi putenda sola tantum operiunt. Hi et a generando se cohibent.

Theologi autem idem sunt qui et fisici. Dicti autem theologi quoniam in scripturis suis de deo dixerunt. Quorum varia constat opinio. quid deus esset dum quererent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quattuor elementis deum esse dixerunt. ut dionisius stoicus. Alii vero spiritalem intellexerunt mentem esse deum. ut tales millesius. Quidam animum in omnibus commanentem et lucidum. ut pitagoras. Quidam deum sine tempore incommutabilem. ut plato. Quidam mentem solutam. ut cicero. Quidam spiritum et mentem. ut maro. Invenerunt enim solummodo deum non ut invenerunt exposuerunt. quia evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim se esse sapientes. stulti facti sunt. Platonici quidem deum curatorem et arbitrem et iudicem dicunt. Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem platonici adfirmant incorporalem. stoici corporalem. Epicurus athomis. Pitagoras ex numeris. Eraclitus ex igni. Unde et varro ignem mundi animum dicit. Proinde quod in mundo ignis omnia gubernet. sicut animus in nobis. Quam vanissime. Qui cum inquit in nobis ipsi sumus. Cum exit emorimur. Ergo et ignis cum de mundo per fulgora proficiscitur. mundus emoritur. Hi philosophorum errores etiam et apud ecclesiam induxerunt hereses. Inde eones et formae nescio quae inde apud arrium trinitas nominis. et apud valentinum platonicus furor. Inde marcionis deus melior de tranquillitate. Ab stoicis enim venerat. et ut anima interire dicatur. epicurus observat. Et cum carnis restitutionem negatur. de vana omnium philosophorum scola sumitur. Et ubi materia cum deo equatur. zenonis disciplina est. Et ubi quid de igneo deo legitur. eraclitus intervenit. Eadem materia apud hereticos et philosophos

uolutati id est retractatus implicantur:

De poetis

## DE POETIS. V.

Poete unde sint dicti sic ait tranquillus. cum primum homines exuta feritate rationem uite habere cepissent. seque ac deos suos nosse. cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitauerunt. Igitur ut templa illis domibus pulchriora et simulacra corporibus ampliora faciebant. ita eloquio etiam quasi augustiori honorandos putauerunt. laudesque eorum et uerbis inlustrioribus et iocundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur. que poetes dicitur. poema uocitatum est. eiusque fictores poete. Vates a ui mentis appellatos. uarro auctor est. uel a uiendis carminibus. id est flectendis. hoc est modulandis. Et proinde poete latine uates. Olim scripta eorum uaticinia dicebantur. quod ui quadam et quasi uesania in scribendo commouerentur: uel quod modis uerba conecterent. Viere antiquis pro uincire ponentibus. etiam per furorem. Diuini eodem erant nomine: quia et ipsi quoque pedaque uersibus efferebant. Lirici poete dicti apo tu lirin. id est a uarietate carminum. Vnde et lyra dicta. Tragedi dicti quod initio canentibus premium erat hyrcus. quem greci tragos uocant.

Vnde et oratius. Carmine qui tragico uilem certauit ob hyrcum. Iam dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt. excellentes in argumentis fabularum ad ueritatis imaginem fictis. Comici appellati siue a loco quia circum pagos agebant quos greci comas uocant. siue a comessatione. Solebant post cibum homines ad eos audiendos uenire:

Sed comici priuatorum hominum predicant acta: tragici uero res publicas et regum historias. Item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis fiunt. comicorum ex rebus letis. Duo sunt autem genera comicorum. id est ueteres et noui. Veteres qui et io cundiculares extiterunt. ut plautus. accius. terentius. Noui qui et satirici. Cum quibus generaliter uitia carpuntur. ut flaccus. persius. iuuenalis. uel alii. Hi enim uniuersorum delicta corripiunt. nec uitabant eis pessimum quemque describere. n cuiuslibet peccata moresque reprehendere. Unde et nudi pinguntur. eo quod per eos uitia singula denudentur. Satirici autem dicti siue quod pleni sint omni facundia. siue a saturitate et cop

De pluribus enim simul rebus loquuntur. seu a dilla lance que diuersis frugum uel pomorum gener ad templa gentilium solebant deferri. Aut sa ris nomen tractum qui inulta habent ea per uino lentia dicuntur. Quidam autem poete theologi dicti sunt. quoniam de diis carmina faciebant. Officium autem poete in eo est. ut ea que uera gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa transducat. Vnde et lucanus ideo in numero poetarum non ponitur: quia ui detur historias conposuisse non poema. Apud poetas autem tres caracteres esse dicendi. Unum in quo tantum poeta loquitur. ut est in libris uirgilii georicorum. Alium pragmaticum. in quo nusquam poeta loquitur. ut est in commediis et tragedis. Tertium mixtum ut est in eneide. Nam poeta illic et introducte persone loquuntur.

## DE SYBILLIS. VI.

Sibille generaliter dicuntur omnes femine uates. lingua greca. Nam sios eolico sermone deus. bele greci mentem nuncupant. quasi dei mentem. Proinde igitur quia diuinam uoluntatem hominibus interpretari solebant. sibille nominate sunt. Sic enim omnis uir propheta uel uates dicitur uel propheta. ita omnis femina prophe

Sibilla dicitur quasi sios bele. id est mens dei.

X. sibille fuisse.

tans sibilla uocat̄. Quod nom̄ ex officio non ex
proprietate uocabuli ē. Decē autē sibillę a doctis
simis auctorib; fuisse traduntur. Quarū prima
de persis fuit. Secunda libissa. Tercia delfica in
templo delfi et apollinis genita. quę ante troiana
bella uaticinata est. cui plurimos uersus operi
suo homerus inseruit. Quarta cimeria in ita
lia. Quinta erithrea nomine ero filia in babyl
lone orta. quę grecis ilium petentib; uaticinata
ē peritura ee troiā. et homerū mendacia scrip
turū. Dicta autē erithrea. quia in eadē insula
eius inuenta s̄t carmina. Sexta samia quę
femono dicta s̄t a samo insula. unde fuit
cognominata. Septima cumana nomine
amaltea. quę nouē libros attulit tarquinio
prisco. in quib; erant decreta romana conscrip
ta. Ipsa ē et cumea de qua uirgilius. Vltima
cumei uenit iā carminis etas. Dicta autē cuma
na a ciuitate cumas. quę est in campania. cui
sepulchrū in sicilia adhuc manet. Octaua
ellespontia in agro troiano nata. quę scribitur
solonis et cyri fuisse temporib;. Nona frigia
quę uaticinata ē ancire. Decima tiburtina
nomine albunea. quarū omniū carmina effe
runtur. in quib; de dō et de xp̄o et gentib; multa
scripsisse manifestissime conprobantur. Celebrior
autē inter ceteras ac nobilior erithrea phibet̄.

CAPITULA IN LIBRO QUO SUPRA



DE MAGICE INUENTORIBUS.

Magorū primus zoroastres rex bactria
norū fuit. quē ninus rex assyriorū ꝓlio
interfecit. De quo aristotiles scripsit. quod uici
es centū milia uersuū ab ipso condita indi
cus uoluminū ei declarent. Hanc artem
multa post s̄cla democritus ampliauit.
quando et ypocrates medicinę disciplina
effloruit. Apud assyrios autē magicę artes
copiosę sunt. Testante lucano. Quis noscere
fibra facta queat. quis pdat aues. quis fulgu
ra cęli seruet et assyria scrutet̄ sydera cura.
Ita que hęc uanitas magicarū artiū ex tradi
tione angelorū malorū in toto terrarū orbe
plurimis s̄clis ualuit. p quandā scientiam
futurorū et infernorū et uocationes eorū in
uenta s̄t. Aruspicia. augurationes. et ipsa
II quę dicunt̄ oracula et nicromantia. Nec
mirū de magorū prestigiis. quorū in tantū
pdiere maleficiorū artes. ut etiā moysi simul
limis signis resisterent. uertentes uirgas in
dracones. aquas in sanguinē. Fertur et quę
dā maga famosissima circę. quę socios ulix
is mutauit i bestias. Legit̄ et de sacrificio qđ
arcades dō suo liceo immolabat. ex quo qui
cumq; sumeret in bestiarū formas conuerte
bat̄. Hinc apparet non ē in toto dubium
qđ nobilis ille poeta scribit de quadā femina
quę magicis artib; excellebat. Hęc inquit se car
minib; pmittit soluere mentes quas uelit.
Ast aliis duras inmittere curas. sistere aquā
fluuiis. et uertere sydera retro. Noctur
nos quatiet manes. mugire uidebis Sub
pedib; terrā. et descendere montib; ornos.
Quid plura? Si credere fas ē de pythonissa.
ut pphetę samuhelis animā de inferni
abditis euocaret. et uiuę psentaret con
spectib;. Si tamē animā pphetę fuisse cre
damus. et non aliquā fantasmaticā inlusione
sathanę fallacia factā. Prudentius quoq;
de mercurio sic ait. Traditur extinctas sump
to moderamine uirgę in lucē reuocasse
animas. Ast alios danans se neci. Et post pau

De circe

Virgilius

De magice artis inuentorib;

lulum adiecit. Murena magico teneus excire
figuras atque sepulchrales scite incantare fa
uillas. Vita tide spoliare alios ars noxia
nouit. Magi sunt qui uulgo malefici ob facinorum
magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa con
cutiunt. turbant mentes hominum. ac sine
ullo ueneni haustu uiolentia tantum carmi
nis interimunt. Unde et lucanus. Mens
hausti nulla sanie polluta ueneni incanta
perit. Demonibus enim adcitis audent uenti
lare. ut quisque suos perimant malis artibus
inimicos. Hi etiam sanguine utuntur et uicti
mis. et sepe contingunt corpora mortuorum.

Nicromantii sunt. quorum precantationibus uidentur
resuscitari mortui. diuinare. et ad interro
gata respondere. Nicro enim grece mortu
us. mantia diuinatio nuncupatur. Ad quos
suscitandos cadaueri sanguis adicitur. Nam
amare demones sanguinem dicuntur. Ideoque
quotiens nicromantia fit cruor aqua mis
cetur. ut colore sanguinis facilius prouocentur.

Idromantii ab aqua dicti. Est enim ydroman
tia in aque inspectione umbras demonum
euocare. et imagines uel ludificationes eorum
uidere. ibique ab eis aliqua audire ubi adhi
bito sanguine etiam inferos perhibentur suscitari.
Quod genus diuinationis a persis fertur ablatum.
Uuarro dicit diuinationis quattuor esse gene
ra. Terram. aquam. aerem. ignem. Hinc geomantiam.
Ydromantiam. aeromantiam. pyromantiam dictam.
Diuini dicti quasi deo pleni. Diuinitate enim
se plenos adsimulant. et astutia quadam
fraudolenta hominibus futura coniectant.

III Duo sunt autem genera diuinationis ars et
furor. Incantatores dicti sunt qui artem uer
bis peragunt. Arioli uocati propter quod circa aras
idolorum nefarias preces emittunt. et funesta sa
crificia offerunt. hisque celebritatibus demonum respo
nsa accipiunt. Aruspices nuncupati quasi horo
inspectores. Dies enim et horas in agendis negotiis
operibusque custodiunt. et quid per singula tempo
obseruare debeat homo intendunt. Hi etiam
ta pecudum inspiciunt. et ex eis futura p
cunt. Augures sunt qui uolatus auium et uo
ces intendunt. aliaque signa rerum uel obs
uationes inpuisas hominibus occurrentes.

Idem et auspices. Nam auspicia sunt que iter fa
cientes obseruant. Dicta sunt autem auspicia quasi
si auium auspicia. et auguria quasi aui
garria. hoc est auium uoces et linguas. Item
augurium quasi augerium quod aues ger

Duo sunt autem genera auspiciorum. Unum ad ocu
los alterum ad aures pertinens. Ad oculos sci
licet uolatus. ad aures uox auium. Pythonis
a pythio appolline dicti quod is auctor fu
erit diuinandi. Astrologi dicti eo quod in ast
tris augurantur. Genethliaci appellati
propter natalium considerationes dierum. Genesis
enim hominum per duodecim celi signa describ
siderumque cursum nascentium mores actus eu
predicare conantur. Id est quis quale signo fu
erit natus. aut quem effectum habeat uite qui
nascitur. Hi sunt qui uulgo mathematici uoc

Cuius supersticionis genus. constellationes la
tini uocant. id est notationes siderum quomo
do se habeant cum quisque nascitur. Primum aut
idem stellarum interpretes magi nuncupabantur.

Sicut de his legitur qui in euangelio natum Christum ad
nuntiauerunt. Postea hoc nomine soli mathe
matici. cuius artis scientia usque ad euangeli
fuit concessa. ut Christo edito nemo exinde natiu
tatem alicuius de celo interpretaretur. Oroscopi dicti
quod horas natiuitati hominum speculantur. dessi
mili et diuerso fatu. Sortilogi sunt qui sub nomine

fictę religionis per quasdam quas sanctorum sortes uocant diuinationis scientiam profitentur. aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Salisatores uocati sunt quia dum eis membrorum quaecumque partes salierint aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare praedicunt. Ad haec omnia pertinent et ligaturę execrabilium remediorum. quę ars medicorum condemnat. Siue in praecantationibus siue in caracteribus. uel in quibuscumque rebus suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus ars demonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. unde cuncta uitanda sunt christiano et omni penitus execratione repudianda atque damnanda. Auguria autem auium friges primi inuenerunt. Prestigium uero mercurius primum dicitur inuenisse. Dictum autem prestigium quod prestigat acies oculorum. Aruspicinę artem primus etruscis tradidisse dicitur. quidam Stages hic ex oris aruspicinam dictauit et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose. arante quodam rustico subito hunc ex glebis exsiluisse. et aruspicinam dictasse. qua die et mortuus est. Quos libros romani ex tusca lingua in propriam mutauerunt.

## DE PAGANIS. VIIII.

Pagani ex pagis atheniensium dicti. ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt. et a tali initio uocabulum pagani sortiti sunt. Gentiles sunt qui sine lege sunt et nondum crediderunt. Dicti autem gentiles quasi genitiles. quia ita sunt ut fuerunt geniti. id est sic in carne descenderunt. Sub peccato scilicet idolis seruientes. et nec dum regenerati. Proinde gentiles primitus nuncupantur. Ipsi dicuntur grece ethnici. Ethnici ex greco in latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim grece gens dicitur. Post fidem autem non debere uocari gentes siue gentiles. eos qui ex gentibus crediderunt. Sic post fidem dici non potest iudeus. Testante paulo apostolo et dicente iam christianus. Qui cum gentes effectus. hoc est infideles. Apostatę dicuntur. qui post baptismum christi susceptum ad idolorum cultum et sacrificiorum contaminationem reuertuntur. Est autem nomen grecum.

## DE DIIS GENTIUM. VIIII.

Quos pagani deos asserunt. homines olim fuisse produntur. et pro uniuscuiusque uita uel meritis. coli apud suos post mortem ceperunt. Ut apud egyptum isis. apud cretam iouis. apud mauros iuba. apud latinos faunus. apud romanos quirinus. Eodem quoque modo apud athenas mineruia. apud samum iuno. apud pauos (t paphos) uenus. apud lemnos uulcanus. apud naxos liber. apud delos apollo. In quorum etiam laudibus accesserunt et poetę. et compositis carminibus in celum eos sustulerunt. Nam quorundam et inuentiones artium cultum pe-perisse dicuntur. ut esculapio medicina. uulcano fabrica. Ab actibus autem uocantur. ut mercurius quod mercibus presit. Liber a libertate. Fuerunt etiam et quidam uiri fortes aut urbium conditores. quibus mortuis homines qui eos dilexerunt simulacra finxerunt. ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Sed paulatim hunc errorem persuadentibus demoniis ita ut posteris inrepsisse. ut quos illi pro sola nominis memoria honorauerunt. successores deos existimarent atque colerent. Simulacrorum usus exortus est. cum ex desiderio mortuorum constituerunt imagines uel effigies tamquam in celum receptis. Pro quibus se in terris demones colendi subposuerunt. et sibi sacrificari a deceptis et perditis persuaserunt. Simulacra autem a similitudine

De diis gentium

De paganis

nuncupata· eo qđ manu artificis ex lapide· alia
aut materia eorum uultus imitantur in quorum hono
re finguntur. Ergo simulacra uel pro eo quod sunt
similia· uel pro eo qđ simulata atque conficta.
Unde et falsa sunt. Et notandum quod latinus
sermo sit· in hebreis· Apud eos enim idolum
siue simulacrum semel dicitur. Iudei dicunt
quod ismael primus simulacrum luto fecerit.
Gentiles aut primum prometheum simulacra ho
minum de luto finxisse perhibent· ab eoque nata esse
artem simulacra et statuas fingendi. Unde et
poete ab eo homines primum factos esse confin
gunt figurate propter effigies. Apud grecos autem
cecrops· sub quo primum in arce oliua orta est.
et atheniensium urbis ex minerue appella
tione nomen. hic primus omnium iouem appel
lauit· simulacra repperit· aras statuit· uic
timas immolauit· nequaquam istiusmodi
rebus in grecia umquam uisis. Idolatria ido
lorum seruitus· siue cultura interpretatur. Nam ido
latria grece· latine seruitus dicitur. Que quan
tum ad ueram religionem attinet· non nisi uni
et soli deo debetur. Hanc sic impia superbia
siue hominum siue demonum sibi exhiberi iu
bet. ł cupit. ita pia humilitas uel hominum uel an
gelorum sanctorum sibi ablatam recusat et cui debetur
ostendit. Idolum aut est simulacrum qđ huma
na effigie factum et consecratum est. iuxta uo
cabuli interpretationem. Ydos enim grece forma
sonat. et ab eo per diminutionem idolum deduc
tum aeque apud nos formulam facit. Igitur omnis
forma uel formula idolum se dici exposcit.
unde idolatria omnis circa omne idolum fa
mulatus et seruitus. Quidam uero latini igno
rantes grece· imperite dicunt idolum ex dolo
sumpsisse nomen qđ diabolus creature cultum
diuini nominis inuexit. Demones a grecis

dictos aiunt quasi danas· id est peritos ac re
rum scios. Presciunt enim futura multa. Unde et
solent responsa aliqua dare. Inest enim illis
cognitio rerum plusquam infirmitati humane·
parti per dei iussu angelica reuelatione. Hi cor
porum aeriorum natura uigent. Ante transgressionem
quidem celestia corpora gerebant. Lapsi uero
in aeriam qualitatem uersi sunt. Nec aeris illius pu
riora spatia sed ista caliginosa tenere permis
si sunt. qui eis quasi carcer est usque ad tempus iu
dicii. Hi sunt preuaricatores angeli. quorum et diabo
lus princeps est. Diabolus hebraice dicitur de
orsum fluens· quia quietus in celi culmine
stare contempsit. sed superbie pondere deorsum
corruens cecidit. Grece uero diabolus crimina
tor uocatur. quod uel crimina in qua ipse in
licit ad dominum referat. uel quia electorum innocentiam
criminibus fictis accusat. Unde et in apocalyp
si uoce angelica dicitur. Proiectus est accusator
fratrum nostrorum. qui accusabat illos in conspec
tu domini dei nostri die ac nocte. Sathanas in la
tinum sonat aduersarius siue transgressor.
Ipse est enim aduersarius. qui est ueritatis in
imicus. et semper sanctorum uirtutibus contrarie nititur.
Ipse et transgressor: quia preuaricator effectus
in ueritate qua conditus est non stetit. Idem et
temptator: quia temptandam iustorum innocen
tiam postulat sic in iob scribitur. Antichristus appel
latur. quia contra christum uenturus est. Non quo
modo quidam simplices intellegunt antichristum
ideo dictum qđ ante christum uenturus sit. id est
post eum ueniat christus. Non sic. sed antichristus grece
dicitur. quod latine contrarius christo. Anti enim
grece in latinum contra significat. Christum enim
se mentietur dum uenerit. et contra eum dimica
bit. et aduersabitur sacramentis christi ut ueritatis
eius euangelium soluat. Nam et templum

[Margin:] alioi sensus acu / te· partim expe / ria longissime / partim·

[Margin:] quid sit idolatria

[Margin:] ydolum

[Margin:] antixps

hyerosolimis reparare. et omis ueteris legis ce
rimonias restaurare temptabit. Sed et ille an
tixps est qui negat esse dm xpm. Contrarius
enim xpo e. Omis enim qui exeunt de eccla abu
nitate fidei pdunt. et ipsi antixpi st. Bel (Bel)
idolu babil onii e. qd intpretat uetus.
Fuit enim hic belus patrum primus rex as
syriorum. que quide saturnu appellauit.
Quod nom et apud assyros et apud afros pos
tea cultu est. Unde et lingua punica bal
ds dicit. Apud assyrios aut bel uocat qua
dam sacror suor ratione. et saturnus et sol.
Belfegor intpretat simulacru ignominie. Ido
lu enim fuit moab. cognomento baal sup mon
te phogor. que latini priapu uocant dm or
toru. Fuit aut de lapsaco ciuitate ellesponti.
de qua pulsus est. et ppt uirilis membri
magnitudine in numero deor suor eu greci
transtuler. et in nomine sacrauer ortorum.
Unde et dicit pesse ortis. ppt eor fecunditate. (Beel)
Belzebub idolu fuit accaron. qd intpretat (Zebub)
uir muscaru. Zebul enim musca uocatur.
Spurcissimu igit idolu ideo uiru muscaru
uocatu. ppt sordes idolatrie. siue p inmun
dicia belial. Beemoth ex hebrea uoce in la
tina lingua animal sonat. ppt qd de ex
celsis ad terena cecidit. et p merito suo ut
animal brutu effectus sit. Ipse est et leuia
than ide serpens de aquis. quia in huius scli
mare uolubili uersat astutia. Leuiathan
aut intpretat additamentu eor. Quorum
scilicet. nisi hominu. quib in paradyso se
mel culpa puaricationis intulit. et hanc
usq ad gtna morte cotidie psuadendo adi
cit. uel extendit. Queda aut nomina deor
suor gentiles p uanas fabulas ad rationes fi
sicas conant traducere. eaque in causis ele

mentor composita ee interptant. Sed hoc apo
etis totu fictu est ut deos suos ornarent aliquib
figuris. quos pditos ac decoris infamia plenos
fuisse historie confitent. Omnino enim fingen
di locus uacat ibi ueritas cessat. Saturnus (Saturnus)
origo deor et totius posteritatis a paganis de
signat. Hunc latine a satu appellatu fer.
quasi ad ipsu satio omniu ptineat reru uel
a temporis longitudine qd saturet annis.
Unde et eu greci cronos nom habere dicunt.
idest tempus qd filios suos fert deuorasse
hoc e annos quos tempus pduxerit in se (Beel fegor)
resoluit. uel quod eo semina unde oriunt
iteru redeunt. Hunc celi patris abscidisse ge
nitalia dicunt quia nihil in celo de seminib
nascit. Falce tenet inquiunt ppt agri cultu
ra significanda. uel ppt annos et tempora qd
in se redeant. uel ppt sapientia qd intus acuta
sit. In aliquib aut ciuitatib saturno liberos (apud gentiles im-)
suos deuorasse solitu traduder. Iouis fert (molabant. qd satu-)
a iuuando dictus. et iupit quasi iuuans pat. (poete liberos suos)
hoc e omib prestans. Hunc et priuato titu
lo ioue optimu dixer. du fuisset incestus (Iuppiter.)
in suis. inpudicus in extraneis. Que modo
tauru fingunt. ppt europe raptu. Fuit
enim in naui. cuius insigne erat taurus. mo
do danes p imbre aureu appetisse concu
bitu. Ubi intellegit pudicitia mulieris
ab auro fuisse corrupta. Modo in similitu
dine aquile. ppt qd pueru ad stupru ra
puerit. Modo serpente. quia reptauerit.
et cignu quia cantauerit. Et ideo non figu
re iste st. sed plane de ueritate scelera. un
de turpe erat tales deos credi quales ho
mines ee non debeant. Ianu dicunt quasi (Ianus.)
mundi uel celi uel mensiu ianua. Duas
iani facies faciunt ppt oriente et occidente.

63

Neptunus · Vulcanus · Caduceatores · OPKA · Liber · Mars · Mercurius

Cum vero faciunt eum quadrifrontem et ianum geminum
appellant. ad quattuor mundi partes hoc re
ferunt. vel ad quattuor elementa sive tempora.
Sed dum hoc fingunt. monstrum non deum faciunt.
Neptunum aquas mundi praedicant. Et dictus
ab eis neptunus. quasi in nube tonans. Vul
canum volunt ignem. Et dictus vulcanus.
quasi volans candor. vel quasi volicanus.
quod per aerem volet. Ignis enim e nubibus nas
citur. Unde etiam omerus dicit eum praecipitatum
de aere in terras. quod omne fulmen de aere
cadit. Idcirco autem vulcanus de femore iu
nonis fingitur natus. quod fulmina de imo
aere nascuntur. Claudus autem dicitur vulca
nus. quia per naturam numquam rectus ignis sed
quasi claudus eiusmodi speciem motumque ha
bet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem vul
canum auctorem dicunt. quia sine igne nul
lum metalli genus fundi extendique potest.
Pluton graece. latine diespiter vel ditis pater. quem
alii orcum vocant. quasi receptorem mortuorum.
Unde et orca nuncupatur vas quod recipit aquas.
Ipse et graece charon. Liberum a liberamento
appellatum volunt. quod quasi mares in coe
undo per eius beneficium emissis seminibus libe
rentur. Quod idem liber muliebri et delicato
corpore pingitur. Dicunt enim mulieres ei ad
tributas et vinum propter excitandam libidinem.
Unde et frons eius pampino cingitur. Sed ideo co
ronam viteam et cornu habet. quia cum grate
et moderate vinum bibitur. laetitia praestat.
Cum ultra modum. excitat lites. id est quasi
cornua dat. Idem autem et lieus apo tu lieim.
quod multo vino membra solvantur. Iste et gre
ce dionisius a monte indie nise. ubi dicitur
esse nutritus. Ceterum est et nisa civitas. in qua
colitur idem liber. unde niseus dictus est. Mer
curium sermonem interpretantur. Nam ideo mer
curius quasi medius currens dicitur appellatus.
quod sermo currat inter homines medius. Ideo
et hermes graece. quod sermo vel interpretatio quae
ad sermonem utique pertinet. Ermenia dicitur ideo
et mercibus praeest. quia inter vendentes et ementes
sermo fit medius. Qui ideo fingitur habere
pennas. quia citius verba discurrunt. Un
de et velox et errans inducitur. Alas eius in ca
pite et in pedibus significare volucrem fieri
per aerem sermonem. Nuntium dictum. quoniam per sermo
nem omnia cogitata enuntiantur. Ideo autem furti
magistrum dicunt. quia sermo animos au
dientium fallit. Virgam tenet. qua serpentes
dividit. id est venena. Nam bellantes ac
dissidentes interpretum oratione sedantur.
Unde secundum livium legati pacis caduceatores
dicuntur. Sic enim per fetiales bella indicebantur.
ita pax per caduceatores fiebat. Ermes autem
graece dicitur apo tis ermenias. latine interpres.
Qui ob virtutem multarumque artium scientiam tris
megistus. id est ter maximus nominatus est.
Cur autem eum capite canino fingunt. hec
ratio dicitur. quod inter omnia animalia canis
sagacissimum genus et perspicax habeatur. Mars
bellorum deus esse dicitur. Et marte appella
tur quia per viros pugnatur. Ut sit mars. mas.
Licet tria sint genera consuetudinum. sicut
scitarum ubi et feminae et viri inpugnant. et
amazonum. ubi solae feminae. Romanorum alia
rumque gentium ubi soli mares. Item martem qua
si effectorem mortium. Nam a marte mors nun
cupatur. Hunc et adulterum dicunt. quia
belligerantibus incertus est. Quod vero
nudo pectore stat. ut bello se quisque sine
formidine cordis obiciat. Mars autem apud
tracos gradivus dicitur. eo quod in bello gradum

inferant qui pugnant. aut quod impigre gra
diantur. Appollinem quamvis divinatorem et me
dicum velint. ipsum tamen etiam solem dixerunt qua
si solum. Ipsum titan quasi unum ex titanis qui
adversus iovem non fecit. Ipsum foebum quasi
effebum. hoc est adulescentem. Unde et sol pu
er pingitur. eo quod cottidie oriatur et nova luce
nascatur. Picium quoque
eundem appollinem vocari aiunt a pitone
inmensae molis serpente. cuius non magis
venena quam magnitudo terrebat. Hunc
apollo sagittarum ictibus sternens. nominis
quoque spolia reportavit. ut picius vocare
tur. Unde et hoc insigne victoriae pitia
sacra celebranda constituit. Dianam quoque
germanam eius similiter lunam et viarum praesidem
aiunt. Unde et virginem volunt. quod via
nihil pariat. Et ideo ambos sagittas ha
bere fingunt. quod ipsa duo sydera de caelo
radios usque ad terras emittant. Dianam autem
vocatam. quasi duanam quod luna et die et noc
te appareat. Ipsam et lucinam asseverant.
eo quod luceat. Eandem et triviam eo quod
tribus fingatur figuris. De qua virgilius.
Tria virginis ora dianae. Quia eadem luna
eadem diana. eadem proserpina vocatur. Sed
cum luna fingitur. sub lustris pendet amictu.
Cum subscincta iacit calamos. latonia virgo
est. Cum subnixa sedet solio. plitonia coniunx.
Latonia autem diana. eo quod latonae fuerit filia.
Cererem id est terram a creandis fructibus asserunt
dictam appellantes eam nominibus plurimis.
Dicunt etiam et opem. quod opere melior fiat
terra. Proserpinam. quod ex ea proserpiant
fruges. Vestam quod herbis vel variis vesti
ta sit rebus. vel a vi sua stando. Et eandem
et tellurem et matrem magnam fingunt turritam

Apollo

Diana

cum tympano et gallo et strepitu cymbalorum:
matrem vocatam. quod plurima pariat. magnam
quod cibum gignat. Almam quia universa anima
lia fructibus suis alit. Est enim alimentorum
nutrix terra. Quod simulacrum eius cum clavi
fingitur. quia tellus hyeme clauditur. vere
aperitur ut fruges nascantur. Quod tympa
num habet. significari volunt orbem terrae
quod curru vehi dicitur. quia ipsa est terra
quae pendet in aere. Quod sustinetur rotis.
quia mundus rotatur et volubilis est. Quod
leones illi subiciunt mansuetos. ut osten
dant nullum genus esse terrae tam ferum quod
non subici possit aut superari ab ea. Quod
in capite turritam gestat coronam. osten
dit superpositas terrae civitates. quas insigni
tas turribus constat. Quod sedes fingunt
circa eam. quia cum omnia moveantur. ipsam non
moveri. Quod coribantes eius ministri cum
strictis gladiis esse finguntur. ut significent
omnes propter      sua debere pugnare. Quod
gallos huic deae ut servirent fecerunt. sig
nificant qui semine indigeant terram sequi
oportere. In ea quippe omnia repperire. Quod
se apud eam iactant. praecipitur inquiunt. ut qui terram
colunt ne sedeant. semper enim esse quod agant.
Cymbalorum autem aereorum sonitus ferramentorum
crepitus in colendo est agro. Sed ideo aere.
quod terram antiqui aere colebant prius quam
ferrum esset inventum. Eandem vestam et ignem
esse perhibent. quia terram ignem habere non
dubium est. ut ex ethna vulcanoque datur intel
legi. Et ideo virginem putant. quia ignis
inviolabile sit elementum. Nihilque nasci pos
sit ex eo quippe qui omnia quae arripuerit
absumat. Ovidius in fastis. nec tu aliud
vesta quam vivam intellegi flammam nata de

Ceres

flāma corpora nulla fides. Propterea et uir-
gines ei seruire dicunt. eo quod sicut ex uirgine.
ita nihil exignē nascat. Iunonē dicunt qua
si ianonē. idest ianuā pro purgationib. femina
rū. eo quod quasi portas matrū naturarū
pandat nubentiū maritis. Sed hoc philoso
phi phibent. Poetę autē iunonē iouis asser.
sororē et coniugē. Ignē enī et aerē iouē. aquā
et terrā iunonē intpretant. In quorū duorū
pmixtione uniuersa gignunt. Et sororē
dicunt. quod mundi pars ē. Coniugē. quod
cōmixta concordat. Vnde et uirgilius. Tū
pat omps fecundis imbribus ather coniugis
in gremiū descendit. Minerua apud grecos
athenas dicit. idest femina. Apud latinos
autē mineruā uocatā quasi deā et munus
artiū uariarū. Hanc enī inuentricē mul
tarū ingeniorū phibent. et inde eā artē et ra
tionē intpretant. quia sine ratione nihil
potest contineri. Que ratio quia ex solo ani
mo nascit. animūq; putant ē in capite et
in cerebro. ido eā dicunt de capite iouis esse
natā. quia sensus sapientis qui inuenit omā
dentes. Nam et frendere significat dentib. frangere. Unde nefrandens infantes. qui nec dū dentes habent. Infrenis. hoc ē qui frenis non regit̄. ut numidae infreni. Ingluuiosus. a gula et uoracitate dictus. Ingloriosus. quod sit sine glā idest sine triumphis. Itē ingloriosus. inmemor gloriae. Informis. ingens. ultra formā magnitudinē habeat. Inueterator. eo quod sit multis ueterisq. usus in malitia. Inmanis. quia non bonus. sed crudelis terribilis. Manū enī bonū dicit̄. Unde et e contra antifrasin. dii manes minime boni. Inmunis. minime munificus. Ut est in puerbio ueteri. Inmunē cuiis odere sui. Itē inmunis. q nonfacit munia idest officio nonfungit̄. Est enī omni priuilegio uacuus. Indemnis. eo quod sine damno uiuat et sine ulla culpa atq. periculo. Iners. sine arte. et obhoc neoperi quidē ullius aptū. Inermis. uel sine arma uel sine uirib. nam semp arma p uirib. Ignauus. ignarus uiae. idest rationis et uitae. Ignarus. non gnarus. idest inscius. idē sine narib. Olfecisse enī ueteres scisse dicebant. Ignarus autē duo significat. Vel qui ignorat. uel qui ignorat̄. Ignarus. qui ignorat. Inmemor: qui oblitus est. pdidit enī memoriā. Inscius. quia sine scientia est. Idiota. inperitus. grecū est. Inpertus. sine peritia. Inconsultus. quia sine ē consilio et inscius rerū atq. ignarus. Inconsultus. abeo qđ nonaccipiat consiliū. Ineptus apto contrarius est. quasi inaptus. Inops. quisine t̄ra est. Opē enī t̄ram intellegimus. quia opē fert. fructificando. Alii inopē intellegunt nonsepultū. inhumatū. cui nec inane habenti surrexit tumulū. Ignobilis. eo quod sit ignotę et uilis et obscuri generis cuius nec nomen quidē scit̄. Irrosus. quia sudore corporis fetido putet. Ignotus. ignobilis. uel ex inpulso ueniens. Inpulsus dictus. eo quod subito sit et non prorsus ante uisus. Index. pditor. abindicando. Indigena uocatus. quod indesit genitus. idest ineodē loco natus. Inpudens. eo quo abeo pudor et pudicitia p eul abest. Inpudicus. a podice uocatus. Pudorē enī fetorē dicit. Incestus. ppt inlicitā coniuxtionē uocatus. quasi incastus. Sic qui uirginē sacrā. am. uel adfinitatis. siue pximā stuprauerit. Intincida est. qui falsū testamentū fecit. et obid hominē occidit. Infitiator. negator. quia nonfatet̄. sed contra ueritatē mendatio nitit̄. Interceptor. ppriae dicitur. qui intduos demedio . . . tollit̄. Insidiosus. quod insideat. Nam ppriae insidere est. dolose aliquē expectare. Unde et insidię nominatę sunt. Incincta. idest sine cinctu. quia p cingi fortiter uterus nonpmittit. Inuestis. idest sine ueste. Nondū enī habet stolā. quod est signū maritalis uirginitatis. Scurra uocat̄ qui causa escę quēpiā consectatur. Katholicus. uniuersalis. grecū est. Karus grecū nom est. sic et caritas. Unde et caristia. Caristia grā. Luculentus. abeo quod sit linguę clarus et sermone splendidus. Lector dicit̄ alegendo. idest pcurrendo. Unde et nauis dicit̄ legere quicquid transit. Nam legit. transit. prete . . . rit. ut celeris legimus freta condita t̄ris. Itē lector acolligendo animo quę legit. quasi collector. Sicut illud. Qui legitis flores. Loquax. non est eloquens. Locus alatitudine. Locuplex. quasi locis plenus et possessionū plurimarū possessor. quē admodū docet tullius de re publica in libro sc̄do multaq. editione ouium et boum quod tunc erat res in pecore et in locorę possessionibus. exquo pecuniosi locupletes uocabant̄. Liberalis dictus. abeo quod liberē donet nec murmuret. Longus. a linea dictus ppt quod sit porrectus. Longeuus. quasi longi euii et longi temporis. Longanimis

nonquod non habeat forma sed

siue magnanimis. eo quod nullis passionib; p
turbant sed ad uniuersa sustinendo patiens
est. Cui contrarius est. pusillanimis angustus.
et in nulla tribulatione subsistens. De quo scri
bitur: Pusillanimus uehement insipiens.
Leuis. ob inconstantiā uagationis appellatus.
quia leui motu mentis nunc ista nunc illa
desiderat. Lubricus. eo quod labit. Labens in
terdū uelox. ut labere nympha polo et labitur
pinnis. Cursu enī lapsu celerior est. Latro
insessor uiarū a latendo dictus. Alius autē
latro est inquit. ob latere insidiator uię.
Lanista. gladiator: idest carnifex. tusca lin
gua appellatus. a laniando scilicet corpora.
Lacessitor. p translationē dictus. a canib; uel
a feris quę solent lacerando puocare. Lenon.
conciliator stupri eo quod mentes miserorum
blandiat et delinendo seducat. Libidinosus.
abeo quod faciat quod libet. Libidinosus. ali
bero. qui puellarū corpore pingit. Luxorio
sus. quasi solutus in uoluptates. Unde et mem
bra loco mutata luxa dicunt. Lasciuus.
quod sit laxus. idest solutus et uanus. Lym
phaticus quod aquā timeat quē greci ydro
fobā dicunt. Lymphaticus pprie dicitur.
qui uitiū ex aqua contrahit. Cuius uitiū
est huc atq; illuc cursitare. a fluore aquę
sumpto uitio. Sed poetę hoc iā genus nomi
nis p furiosis usurpant. Luridus. quod sit palli
dus. a loro dictus quod huiusmodi habeat cu
tē. Lepsus. a pruritu nimio ipsius scabiei dictus.
Unde et per: p. scribi debet. Luscus. quod lucem
ex parte sciet. luscitiosus qui uesperi nihil uidet.
Luscos. cocltes dixer antiqui. Unde et cyclopes
cocltes legimus dictos. qđ unū oculū habuisse
phibent. Lotus. lauatus idē mundus. Lupa me
retrix a rapacitate uocata. qđ ad se rapiat miseros
et adprehendat. Misericors. a conpatiendo
alienę miserię uocabulū est sortitus. Et hinc
appellatā miām. quod miserū cor faciat do
lentis aliena miseria. Non aut occurrit ubiq;
hęc ethymologia. Nam est dō mia sine ulla
cordis miseria. Mactus magis auctus glā.
et est nom tractū a sacris. Quotiens enī tus
aut uinū super uictimā fundebat dicebat.
mactus est. taurus. uino uel ture. Hoc est cu
mulata est hostia et magis aucta. Munificus
dicit. uel quia alicui multa munera dat. uel
quia munus suū idest officiū quod debet ad
implet. Sic et munifex. quia munera fert.
Magnanimis. abeo quod sit magni animi et
magnę uirtutis. Cui contrarius est pusilla
nimis. Magnificus. a magna faciendo uoca
bulū traxit. Mansuetus. mitis uel domitus.
quasi manu assuetus. Modestus dictus.
a modo temperie. Nec plus quicquā nec minus
agens. Mitis. lenis et mansuetus et cedens in
p bitatib. sed ad sustinendā iniuriā tacens qua
si mutus. Mutus. quia uox eī non est sermo
nisi mugitus. Vocalē enī spm per nares quasi
mugiens emittit. Memor. uel qui memoria
tenet. uel qui memoria tenetur. Magister.
maior in statione. Nam steron. grece statio di
cit. Minister. minor in statione. siue quia of
ficiū debitū manibus exsequitur. Maximus
aut meritis aut ętate aut honore aut facun
dia. aut uirtute. aut omnibus magis exim
us. Minimus a numero monadis. quod post
eum non sit alter. Modicus. paruus. Sed ab
siue. Ceterū rationabile. moderatus a modo
scilicet et temperamento. Mediocris. quod
modicū illi sufficiat. Miser. pprie. eo quod
omnē felicitatē amiserit. Secundū autem
ciceronē proprie mortuus. qui intuscularis

miseros mortuos uocat propter quod iam ammiserunt uitam. Miserabilis quod sit miserie abilis. Mestus naturaliter tristis non casu. Est enim a natura animi et mentis. Unde et mestus. Mendicus dictus quia minus habet unde uitam degat. Siue quia mos erat aput antiquos os claudere egenum et manum extendere quasi manu dicere. Mendax. quod mente alterius fallat. Malignus. quia malitie uotum uel opus peragit. Malus appellatus a nigro felle quod greci melan dicunt. Unde et melancolici appellantur homines qui & conuersationem humanam refugiunt. & amicorum carorum suspecti sunt. Maltiosus deterior malo quia frequenter malus. A malo autem peior dicitur. a bono deterior. Melior dictus quasi mollior. Nondurus aut ferreus. Nam melius. quasi mollius. Minax a facie oculorum quando furiose ardescunt ut amplius udens pertimescat. Minator et minitor. Sed minitor dicitur cum prenuntiat bona. Minator cum nuntiat aduersa. Mulcator eo quod blandis uerbis mulceat ad declinandum animum. Translatio a mulso id est quod acceptum lenire solet fauces dolentis aut oppletum sordibus stomachum. Metatores appellantur qui castra designant a metiendo scilicet. Lucanus. Esperios aut adueniat metator in agros. Mollis quod uigore sexus eneruati corporis dedecoret et quasi mulier emolliatur. Macer a macie et macies a macia eo quod inmoderata libido macros faciat. Siue a maceratione. Mancus manu ancus. Moribundus moriendi similis. Sic ui· tabundus uiuendi similis. Quando enim dicimus morturus est.

Moribundus autem non uere sed ueri similis moriens est. Meretrix dicta eo quod pretium libidinis mereatur. Inde et meritorie taberne. Nam et milites cum stippendia accipiunt mereri dicuntur. Morio a morte uocatur eo quod non uigeat intellectu. Mulio dictus a mulis eo quod presidet isdem uehiculis. Manifestum dicitur quod in manu est promptum. Maltio dictus a malis eo quod presit. Nobilis non uilis cuius et nomen et genus scitur. Nubilis ad nubendum abilis. Nemo ab homine tractus id est ne homo quod est pro nullo. Nullus autem quasi neullus. Nullus neullus. Nihil conpositum est ex ne et hilo. Hilo autem uarro ait significare medullam eius ferule quam greci ΑϹΦΩΔΕΤΟΝ uocant. et sic dici apud nos nihilum quomodo apud grecos uide toti.

Nequam a malo plerique distinguunt alium perniciosum alium nugam existimantes. Ut ait monatius. Hic adulescens nequam non malus id est nugax non perniciosus. Alii confundunt quasi utraque unum idemque significent. Nequitiam ex eo quod nec quicquam sit id est ex eo quod nihil sit ueteres dictum esse uoluerunt. Neuter neque iste neque ille quasi diceret nec uterque. Nefarius non dignus farre quod primo orbi genere uita hominum sustinebatur. Alias nefarius nec dicendus. Nutritor quasi nutu eruditor. Nefandus id est nec nominandus quidem. Nuntius est et qui nuntiat & qui nuntiatur id est angelus. KAIAGgelia. Sed nuntius ipse homo genere masculino. Id uero quod nuntiat genere neutro ut hoc nuntium et hec nuntia.

Nazareus id est sanctus dei. Nazareus olim dicebat

quis eam comam nutriebat. et nihil conta-
minatū accipiebat. abstinens se a uino omniq;
sicera que mente ab integra sanitate puer-
tit. Nugas aūt hebreū nomen est. Ita enim
in prophetis est expositū ubi dicit sopho-
nias nugas qui a lege recesserunt. Ut nosse
possimus linguā hebraicā omniū linguarū
esse matrē. Nugigerolus appellatus. ab eo qđ
sit turpis nuntius. Neglegens. quasi nec eli-
gens. Nepos dictus. a genere quodā scorpio-
nū qui natos suos consumit excepto eū qui
dorso eius insederit. Nam rursus ipse qui
seruatus fuerit. consumit patrē. Unde
homines qui bona parentū per luxoriā c-
sumunt. nepotes dicuntur. Hinc quoq; ne-
potatio pluxoria ponitur: qua certe queq;
res consumuntur. Niger: quasi nubiger.
quia non serenus sed fusco opertus. unde &
nubilū diem tetrū dicimus. Orthodoxus.
recte glorie. Grecū est. Orator. ab orte uo-
catus. perorando nominatus. id est dicendo.
Nam orare dicere est. Obaudiens. ob aure eo
quod audiat imperantē. Ospes. quod infe-
rat ostio pedē. Ospes. facilis aptus. et ostio
patens. Unde et ospitalis homo dicit. Osor.
inimicus ab odio dictus. sic amator ab amo-
re. et est generis communis. Odibilis. odio
abitus. Obsitus. obsessus. id est undiq; insi-
dijs conuallatus. Obscenus. in parte libidi-
nis auctio obscuro dictus. Obtunsus. ebeta-
tor: et obclusior. quasi ex omni parte tun-
sus. Obnisus. contra nisus et conabundus.
Obnixus. quia obligatus est nexibus culpe.
Oblector: quasi cū lacte cum fraude inter-
rentius. Nisi me lactasses amantē. Unde &
oblactare dictum est. Obtrectator malig-
nus. & qui obstringillando obsistendoq; non
sinat quepiā pgredi et augescere. Orbus qđ
liberos non habet. quasi oculis amissis. Opifex
quod opus faciat aliquod. Opilio. ouiū pas-
tor: quasi ouilio. Prudens. quasi porro ui-
dens. Perspicax est enī. et incertorū puidet
casus. Paciens dictus a patiendo. Pauere enī
ferire est. Percutitur enī et tolerat. Perfec-
tus. cui nihil iam addi potest. Hinc nomini
apud grammaticos conparatio non adicitur:
quia si dixeris ille perfectior est. iste per-
fectus non erit. Pulcher: ab specie cutis di-
ctus quod est pellis. Postea transiit hoc nomen
in genus. Nam pulchritudo hominis aut in
uultu est ut os omerosq; dō similis. aut in
capillis ut namq; ipse decorā cesariē. aut
in oculis ut letos oculis adflarat honores.
aut in candore. ut quale manus addunt ebo-
ri decus. aut in liniamentis. ut te multo pl
figura et liniamenta auspitiis delectabant
aut in proceritate. ut turnus uertitur in
medijs & tota uertice supra est. Pellax ap
licendo. Perspicax. splendidus eo quod plu-
ceat. Perennis. ab eo quod sit perpetuus an-
nis. Presul uocatus. quia preest sollicitudi-
ne. Prepositus appellatus. eo quod sit sub-
iectorū ac famulantiū ordinator uel rec-
tor. Patroni a patribus dicti sunt quod
huiusmodi affectū clientibus exhibeant
ut quasi patres illos regant. Pedagogus.
qui paruulis adsignatur grecum no-
men est. et est conpositum ab eo quod pu-
eros agat. id est doceat. et lasciuientem
refrenet etatem. Presens dictus. quod sit
presentibus id est coram oculis qui sensibus
sunt corporis. Prior. quod primus sit or-
dine. et primus quasi preminens. Potens
rebus late patens. Unde et potestas quod

pateat illi quā uelit et nemo intercludat.
nullus obsistere ualeat. Preopimus. preceteris opibus copiosus. Peccuniosus. tullius primū eos dictos refert qui plurimā habuissent peccuniā idest peccora. Ita enī et anti
qui eos appellabant. Paulatim autē per abusionē in nomen aliud deuolutū est. Peruicax proprie dicitur: qui in proposito suo ad uictoriā perseuerat. Antiqui enī uicā dicebant uictorialis. Pernix. a pernitendo tractū est. idest in conatibus perseuerando.
Alii pernicē uelocē intellegunt pedibus.
Nam pernicitas pedū est. ut pernicibus ignea plantis. Sicut celeritas pinnarū est. ut celeriq. fuga sub sydera lapse. Piger: quasi pedibus eger: Est enī tardus ad incedendum.
quod nomen per usum transiit & ad animā.
Pernox. peruigilans nocte. Pertinax. inpudenter tenens. quasi pertenens. Petulans.
nunc quidem pro audace & inprobo ponitur.
olim autē acerui flagitatores. et proprie argentariorū coactorū pueri. quod precia rerū crebrius et asperius exigebant petendo petulantes uocati. Procax. proprie idē quod petax. Nam procare est petere. Unde et nuptiarū petitores proci dicuntur. Prodigus. sumptuosus atq. consumptor: qui omnia porro agit. et qui proicit. Profugus proprie dicitur: qui procul a sedibus suis uagatur: quasi porro fugatus. Peregrinus. longe a patria positus quasi alienigena. Proiectus. quasi longe & procul iactatus. sic
& produxit quasi porro illū duxit & prouocauit quasi porro illū uocauit. Proiectus. porro preiectus ac proiectatus. Unde et proiectaq. saxa: idest porro iactata. Proscriptus. cuius bona palā & aperte scribuntur. Proscriptus. ordine significat. Sicut et prescriptiones apud iuris consultos. Procinctus. expeditus et armatus. Unde et in procinctu idest cū belli causa arma sumebant.
Precinctus eo quod ante se ponat aliquid quo precingitur. Unde & de dnō dictū est. Precinctus est linteo et lauit pedes discipulorū suorū. Predo est qui populando alienā inuadit prouintiā. Predo. a babingendo predas dictus. et predo. qui predā habet.
Predator. hoc est cui depreda debetur aliquid. Plagiator. apotu plagio. idest obliquo. quod non certa ui grassatur sed pellitiendo dolis. Pyrate sunt. predones maritimi. ab incendio nauiū transeuntiū quas capiebant dicti. Nam pyra ignis est. Pugillator: qui de manu in manu nūmorū aliquid subtrahit. Peculator: pro eo quod sit pecunie publice deprauator:
Proditor: pro eo quod detegit. Item proditor perditor: ut unius ob irā prodimur. Perfidus. quia fraudulentus est et sine fide.
quasi perdens fidē. Periurus. quia perpere iurat idest male iurat. Periurus autē in uerbo. R. non habet. Nam peiero et deiero dicimus. Preuaricator male fidei aduocatus et qui uel in accusando nocitura uel in defendendo profutura pretereat. aut inutiliter dubieq. ponat mercedis grā licet obrubtius. cicero. quid enī tā preuarū idē ualde uarū. Pellax. dolosus & fallax. a pelle idē a uultu. Foris enī ut fallax arridet. sed nequitiā intus gerit.
Profanus. quasi porro a fano. Sacris enī illi nō licet interesse. Parricida proprie dicitur interfector parentis. quā uis quidā ueteres hinc parenticidā dixerunt. Qm̄ parricidiū & homi

ciduũ inquocũq; intellegi possit cũ sint homi
nes hominib; pares. Persecutor. nsemp pma
lo intellegit. Unde & psecutus pfecte secutus.
Publicanus ē. qui uectigalia publica exigit.
uel quippublica negotia scti lucra sectant.
unde & cognominati st. Peccator. apelice
idē meretrice uocatus. quasi pelicator. Qđ
nom apud antiquos tantũ flagitiosũ signi
ficabat. Postea transiit hoc uocabulũ inap
pellatione omniũ iniquorũ. Prostitutę. me
retrices aporro sedendo inmeritorius uel
fornicib;. Pellex. apud grecos pprie dicit
alatinis concuba. Dicta aũt afallatia idē
uersutia. subdolositate uel mendatio. Pro
curuus. quasi plongũ curuus. Pauidus est.
quē uexat trepidatio mentis. habet cor
dis pulsationē cordis motũ. Nam pauere
ferire ē. unde & pauimentũ. Petra aũt
et rupes. adurtia saxis; nominant. Pusil
lanimis. pusillo animo. Petulcus dictus.
abadpetendo. Unde etiã & meretrices pe
tulcas uocamus. Productus. quasi porro
ductus. Pisinnus apusione. Questor aque
rendo dict. quasi quesitor. Questuosus.
querimoniosus. Querulus. quia querelã
infert. Quietus. qđ sit ipse sibi animo se
curus neminē tangens. Religiosus ait
cicero arelegendo appellatus. qui retrac
tat et tamquã relegit ea q; adcultũ diui
nũ ptineant. Hi st dicti religiosi exrele
gendo. tamquã exelegendo elegentes. ex
diligendo diligentes. exintellegendo intel
legentes. Rationator dict uir magnus quia
deomib; reb; quas ee mirabiles cstat possit
reddere rationē. Retractor. repetitor. Nã
retractare ē repetere qđ omiseras. Resipis
cens. eo qđ mentē quasi post insaniã recipit.

aut qa resapit q sapere desiderat. Castigat
eni se ipsũ dementię & cfirmat animũ suũ
adrectius uidendũ. cauens ne iterũ corruat.
Repentinus. arepente. Repens aũt. etadu
biũ et nom potest ee. Robustus. fortis. ua
lidus. afortitudine robore arboris appellat.
Rapidus uelox pedib;. Raptor. eo qđ corrup
tor. Inde & rapta eo qđ corrupta est. Reus
are dequa obnoxius ē. & reatũ areo est nun
cupatũ. Reus magestatis primũ dictus q
adusus rē publicã aliqd egisset. aut qcũq;
hostib; csensisset. Dictus aũt reus magesta
tis. q̃a maius ē ledere patriã quã ciuē unũ.
Postea etiã & hi rei maiestatis dicti st. q adusus
maiestatē principis egisse uiderent. uel qui
leges uitales rei publicę detulerant. uel ui
les abrogauerant. Rixosus. arictu canino dict.
Semp eni adcõtra dicendũ paratus est & iur
gio delectat & puocat ctendentē. Rusticus
dict. qđ rus operet idest tra. Sapiens dict.
asapore. Quia sic gustus aptus est addis
cretionē saporis cibor;. sic sapiens addinos
centiã rerũ atq; causarũ quo unũ qđq; di
noscat. atq; sensu ueritatis discernat. Cui
ctrarius est insipiens. qđ sit sine sapore nec
alicui discretionis uel sensus. Studiosus.
quasi studius curiosus. Scs. aueteri csue
tudine appellatus. eo qđ hi q purificari
uolebant sanguine hostię tangebant & ex
hoc sancionē acceper. Supremus. summus.
abeo qđ sup emineat. Unde et supremere
patere dicimus. Sincerus. quasi sine cor
ruptione. Cui ctrarius insincerus. uitiat
corruptus. Sublimis. abaltitudine uocat
honoris. Nã pprię sublime dicit qđ in alto ē
ut sublimemq; ferens adsydera celi. Specio
sus. abspecie uel aspectu. Sic formosus aforma.

Solers. qd' sit sollicitus in arte & utilis. Solers enim apud antiquos dicebatur qui erat omni bona arte instructus. Terentius adulescentem sollertem dabo. Superstitiosos ait cicero appellatos. qui totos dies precabantur & immolabant ut sibi sui liberi superstites essent. Sollicitus. quia solers est atque inrequietus. Sedulus. familiare uerbum terentii. hoc est sine dolo. alius assiduus. Sodales dicuntur qui ad symbolum conuenire consueuerunt. quasi suedentes. Alias. quasi sedales qd' simul sedeant. Socii dicuntur propter periculi aut operis societatem quasi in unam caligam & in uno uestigio manentes. Stultus & hebetior corde sic quidam ait. ego me esse stultum existimo. fatuum esse non opinor. Id est obtunsis quidem sensibus. itamen nullis. Stultus est. qui per stuporem non mouetur iniuria. Seuitiam enim perfert nec ulciscitur nec ulla ignominia commouetur dolere. Segnis. id est sine igni ingenio carens. Se autem sine significat. ut sedolus sine dolo. Securus quasi sine cura. id est frigidus. p qd' inutiles accipiuntur. Stupidus. sepius stuppens. Superbus dictus quia super uult uideri quam est. Qui enim uult supergredi qd' est. superbus est. Susurro de sono locutionis appellatur quia non in facie alicui sed in aure loquitur de altero detrahendo. Seditiosus. qui dissensionem animorum facit & discordias gignit. que greci diastasin dicunt. Seuerus. quasi saeuus uerus. Tenet enim sine pietate iustitiam. Simulator dicitur a simulacro. gestat enim similitudinem eius quod non est ipse. Suasor. in suaso rite trahens. Scrupulosus. animi minuti et asperi. Scrupo est enim arena durior. Sacrilegus dicitur ab eo qd' sacra legit id est furatur. Sicarius uocatur. quia ad perpetrandum scelus telis armatus est. Sica enim gladius est a secando uocatus. Sceuus. sinister. atque peruersus a poeta. ΣΚΑΙΟΣ est enim pessimi et crudelis animi. Scenius qui in teatro agit. Teatrum enim scena est. Scorta qd' agrestis quoque scortea uocabantur. quod defricantur pelles quibus corruptela fit. Scurra qui sectari quempiam solet cibi gratia a sequendo igitur inde scurras appellatos. Id est a sectacula a sequendo. Spurcus. quod sit inpurus. Scelerosus. sceleribus plenus. ut lapidosus locus et arenosus. Plus autem scelerosus quam celeratus. Sator. seminator uel pater. Satelles quod adheret alteri siue a lateris custodia. Suffectus. in loco alterius suppositus. quasi subfactus. Unde et consulem subfectum dicimus. eum qui in alio substituitur. Secundus. quia secus pedes & tractus est sermo a sequentibus. seruus pedisequus. Unde & secunda fortuna dicitur. qd' secum nos est id est prope nos. Inde & res secunde. id est prospere. Secundus autem a sequendo sic dictus. Stippulator. promissor. Stippulare enim promittere est. ex uerbis iuris peritorum. quia etiam stippulum firmum appellauerunt. Sanus a sanguine. quia sine pallore est. Salus. a sale nomen accepisse putatur. Subtilis. ab extenuatione dictus. Sessilis. quo non uidetur stare sed sedere. Surdus. a sordibus humoris aure conceptas & quamuis multis casibus accidat nomen tamen eger ex predicto uitio retinet. Siccus. quod sit exclusatus. siue parafrasin qd' sit sine suco. Sepultus dictus est. eo quod sit sine palpatione uel pulsu est. id est sine motu. Saio. ab exigendo dictus. Sequester dicitur qui certantibus medius interuenit. Qui apud grecos omesus dicitur. apud quem pignera deponi solent. Quod uocabulum absque ndo factum est. qd' ei qui electus sit utraque pars fide sequatur. Sutor ab suendis pellibus nominatus. Subulcus. porcorum pastor. Sic bubulcus a cura boum. Tutor. quia pupillum tuetur. hoc est intuetur. De quo in consuetudine uulgari dicitur. quid me mones. & tamquam de pedagogum olim obrui. Testes dicti. quod testamento adhiberi solent. Sic signores. qd' testamentum

signent. Tetricus. mons in sabinis asperrimus. In
de & tristes homines tetricos dicimus. Tacitur
nus. ut tacendo diuturnus. Trutinator exami
nator: ex iudicii libra ppendens recta translati
one a trutina quę est geminę derū lances. Tenax.
nimi cupidior quod teneat. interdū & ptinax.
Toruus. terribilis. eo quod sit torto uultu & tur
bulento aspectu. ut torua leena & cernimus
adstare nequiqua lumine toruo. Turbidus.
terribilis. Teter. ab obscura tenebrosaq; uita.
Tetrimus, ptero nimio. Tetrū enī ueteres ptero
dixer. Vt ennius. Tetros elefantos. Terribilis.
quia terrorē habet & timet. Tergi uersator:
quod animū quasi tergū uertat huc et illuc.
nec facile qualis sit intellegit. Temulentus.
a temeto. idest uino dictus. Timidus. quod ta
meat diu. idest a sanguine. Nam timor sangui
nē gelat. qui coctus gignit timorē. Turpis. qđ
sit informis & torpeat. Vir: a uirtute. Vtilis.
ab utendo bene sua uel quod bene quid utere
possit. Sic docilis quod doceri possit. Verus. a ue
ritate. Hinc et uerax. Maior ē ueritas quā
uerus. quia ueritas a uero. sed uerus a uerita
te descendit. Veredicus quia uerū dicit &
ueritatis assertor est. Verecundus. quia uerū
factū erubescit. Venustus. pulcher: a uenis
idest sanguine. Viridis. ui et suco plenus. qua
si uerudis. Varius. quasi non unius ię sed in
certę mixtęq; sententię. Versutus. eo quod ei
mens in quolibet actu ad qualibet fraudem
facile uertit. Unde & uersuti adiecti con
torta sententia. Plaustus uersutor est. quā
rota figularis. Vilis. a uilla. Nullius enī ur
banitatis est. Versi pellis. eo qđ in diuersa
uultū & mentē uertat. Inde et uersutus
& callidus. Violentus quia uim infert. Ve
cors. mali cordis et malę conscientię. Vagus.
quia sine uia. Vanus. a uenere: ethymologiam
trahit. Item uanus. inanis. falsus eo quod
memoria euanescat. Vesan[illegible] non pue sanī
Vinolentus qui et satis bibit & difficile inebriatur.
Vexsatus idest portatus. ab eo quod
est ueho uecto uexo ut uexsasse sit portasse.
Veneficus ab eo quod uenenū mortis causa pa
rauit. aut prestitit aut uendidit. Vector:
quasi uehitor: Est aut uector & que uehit
et qui uehitur. Venator: quasi uenabulator
a uenatione scilicet quo bestias premit.
Quattuor aut sunt uenatorū officia. Vesti
gatores. alatores. pressores.

ITEM CAPITULA DE LIBRO
DECIMO.



DE HOMINE ET PARTIBUS EIUS.

Natura dicta ab eo quod nasci
aliquid faciat. Gignendi enī
et faciendi potens est. Hanc qui
dam dm̄ esse dixerunt. a quo
omnia creata sť & existunt.
Genus. a gignendo dictū. Cui diriuatū nom
a terra. ex quo omā gignuntur: Ge enī grece
terra dicit. Vita dicta ppť uigorē uel
quod uim teneat nascendi atq; crescendi.

Unde et arbores uitā habere dicunt quia gig
nunt & crescunt. Homo dictus quia ex hu
mo est factus. Sic et in genesis dicit. Et crea
uit ds hominē de humo terrę. Abusiue aūt
pnuntiat ex utraq; substantia totus homo
idest ex societate animę et corporis. Nā pprie
homo ab humo. Greci aūt hominē antropū
appellauer. eo quod sursū spectet subleuat
ab humo ad contemplationem artificis sui.
Quod ouidius poeta designat cū dicit. Pro
naq; cū spectant animalia cetera trām.
os homini sublime dedit celūq; uidere
iussit et erectos ad sydera tollere uultus.
Qui ideo erectus celū aspicit. ut dm̄ querat.
n̄ ut trā intendat. uelut pecora quę natura
pna & uentri obedientia finxit. Dupplex
est aūt homo. interior et exterior. Interior
homo anima. et exterior homo corpus. Anima
aūt a gentilib, nom accepit. eo quod uentus sit.
Unde & grece uentus anemos dicit. Quod ore
trahentes aerē uiuere uideamur. Sed apertis
sime falsū est. quia multo prius gignitur
anima quā concipi aer ore possit. qui iam
in genitricis utero uiuit. Non est igit aer
anima quod putauer quidā qui n potuerunt
incorporeā eius cogitare naturā. Spm̄ idem
esse quod animā euangelista pnuntiat dicens.
Potestatē habeo ponendi animā meā & rursus
potestatē habeo sumendi eā. De hac quoq; ipsa
dnī anima passionis tempore memoratus
euangelista ita ptulit. dicens. Et inclinato
capite emisit spm̄. Quid est enī emittere
spm̄. nisi quod animā ponere. Sed anima
dicta pro quo uiuit. Sps aūt uel p spiritali natu
ra. t̄ pro eo qđ inspiret in corpore. Itē animū ide
ee qđ animā. Sed anima uitę ē. Anim consilii. Un
de dicunt philosophi etiā sine animo uitam
manere. et sine mente animā durare. Unde et am
tes. Nam mentē uocari ut sciat. animū ut uelit.
Mens aūt uocata qđ emineat in animā. uel qđ meminit.
Unde & inmemores amentes. quapp n̄ anima sed
qđ excellit in anima mens uocat. tamquā caput
eius uel oculus. Unde et ipse homo secundū men
te imago di dicit. Ita aūt hęc omā adiuncta
sunt animę. ut una res sit. Pro efficientiis enī
causarū diūsa nomina sortita est anima. Nam
et memoria mens ē. Unde & inmemores amen
tes. Dū ergo uiuificat corpus. anima est. Dū
uult animus ē. Dū scit. mens ē. Dū recolet.
memoria ē. Dū rectū iudicat ratio ē. Dū spi
rat sps est. Dū aliquid sentit. sensus est. Nam
inde animus sensus dicit. pro his que sentit. Unde
& sententia nom accepit. Corpus dictū eo qđ
corruptū perit. Solubile enī atq; mortale
est. & aliquando soluendū. Caro aūt a cre
ando est appellata. Crementū enī semen est
masculi. Unde & animaliū et hominū cor
pora concipiunt. Hinc & parentes creato
res uocant. Caro aūt ex quattuor elemen
tis conpacta est. Nā terra in carne est. aer in
altu. humor in sanguine. ignis in calore ui
tali. Habent enī in nobis elementa suā quęq;
partē. quib, debet conpage resoluta. Caro
aūt & corpus diūsa significant. In carne semp
corpus ē. n semp in corpore caro. Nā caro est quę
uiuit. idest corpus. Corpus quod n̄ uiuit idest
non caro. Nam corpus dicit aūt quod post uitā
ē mortuū. aut sine uita est conditū. Interdū
& cū uita corpus & non caro. ut in herba et lig
nu. Sensus corporis quinque st̄. Visus. audi
tus. odoratus. gustus. et tactus. Ex quib, duo
periunt & claudant. Duo semp patentes st̄.
Sensus dicti. qui per eos anima subtilissime
totū corpus agitat uigore sentiendi. Unde

et p̄sentia nuncupat̃. quod sunt p̄sensib; sic̃ pocu
lis quę p̄sto s̄t oculis. Visus est. qui aphylosophis
humor uitreus appellat̃. Visū aut̄ fieri qui
dā asseuerant aut̄ externa etheri aluce.
aut̄ intro spū lucido ptenues uias acerebro
uenientes. atq; penetratis tunicis inaere ex
euntes. & tunc commixtione similis materię
uisū dantes. Visus dictus. quod uiuatior
sit ceteris sensib; ac prestantior & uelotí
or. ampliusq; uigeat quantū memoria in
t̄cetera mentis officia. Vicinior est enī cere
bro. unde omā manant. Ex quo fit. ut eaq; adali
os ptinent sensus. uide dicam̃. Veluti cū di
cim̃ uide quomodo sonat. uide quomodo
sapit. Sic et cetera. Auditꝰ appellatꝰ. quod
uoces auriat. Hoc est aere uerberato susci
piat sonos. Odoratus. quasi aeris odoris
adtactus. Tactu enī aere sentit̃. Sic & olfac
tus. quod odorib; adficiat̃. Gustus. agutu
re dictus. Tactus. eo qđ ptractet & tanget.
et pomīa membra uigorē sensus aspergat.
Nam tactu pbamus quicquid ceteris sensib;
iudicare nonpossum̃. Duo aut̄ genera tact
ee̅. Nā aut̄ extrinsecus uenit quod feriat.
aut̄ intus inipso corpore orit̃. Vnicuiq; aū
sensui pp̄ria naturā data. Nā quod uiden
dū est. oculis capit̃. Quod audiendū est. au
rib;. Mollia & dura. tactu estimant̃. Sa
por. gustu. odor. narib; ducit̃. Prima pars
corporis caput. Datuq; illi hoc nom̄. eo quod
sensus om̄s & neruii inde initiū capiant atq;
ex eo omis uigendi causa oriat̃. Ibi enī om̄s
sensus apparent. Vnde ipsius animę quę con
sulit corpori quodāmodo personā gerit.
Vertex est ea pars. quia capilli capitis colli
gunt̃ & inqua cesaries uertit̃. Unde & nun
cupat̃. Caluaria. abossib; caluis dicta pde
fectione. et neutralit̃ pronuntiatur.
Occipitiū capitis pars posterior. quasi cōtra
capitiū uel quod sit capiti retrorsū. Capil
li uocati. quasi capitis pili. Facti ut et deco
rē p̄stent & cerebrū aduersus frigus muni
ant atq; defendant. Pilos aut̄ dictos. apelle
qua pdeunt. Sic et pilo dicit̃ apila ubi et pig
mentū contundit̃. Cesaries. acedendo uocata.
Ideoq; tantū uiror̄ est. Virū enī tonsū decet.
mulierē nondecet. Comę s̄t pp̄rię noncesi
capilli. et est grecus sermo. Nam comas gre
ci caimos asecando nominant. Vnde et cer
rin tondere dicunt. Inde & cirri uocant̃.
quod etiā idē greci mallonē uocant. Crines
pp̄rię mulierū s̄t. Dicti aut̄ crines. eo quod
uittis discernant̃. Vnde et discriminalia
dicunt̃. quib; diuisę religant̃. Tempora s̄t
quę caluarię dextra leuaq; sub iacent. Quę
ideo sic nuncupant̃. quia mouentē ipsaq; mo
bilitate quasi tempora quib; dā intuallis
mutant̃. Facies dicta abeffigie. Ibi est enim
tota figura hominis. & uniuscuiusq; p̄sonę
cognitio. Vultus ū dictus. eo quod peū animi
uoluntas ostendit̃. Secundū uoluntatē enī
inuarios motus mutat̃. Vnde & differunt
sibi utraq;. Nam facies simplicit̃ accipit̃ de
uniuscuiusq; naturali aspectu. Vultus aut̄
animor̄ qualitatē significat. Frons. aboculor̄
foraminib; nominata est. Hec imago q;dā
animi mentis motū specie sua exprimit.
dū uel leta uel tristis ē. Oculi uocati sunt
quia eos ciliorū tegimina occulunt. nequa
incedente iniurię offensione ledant̃. siue
quia occultū lumen habent. idest secreta
uel intus positū. Hi int̃ omis sensus uicinio
res animę existunt. In oculis enī omnē men
tis indiciū est. Vnde et animi pturbatio uel

hilaritas in oculis apparet. Oculi aut(em) idem et
lumina. Et dicta lumina quod ex his lumen
manat. uel quod initio sui clausa teneant
lucem. aut extrinsecus accepta in usu proponen //
do refundat. Pupilla est medius punctus ocu
li. in quo uis est uidendi. Vbi quia paruę ima
gines nobis uidentur. propterea pupillę appellan
tur. Nam paruuli pupilli dicuntur. Hanc ple
riq(ue) pupulam uocant. Vocatur aut(em) pupilla quod
sit pura atq(ue) inpolluta et sicut sunt puellę. Fisici
dicunt easdem pupillas quas in oculis uidemus
morituros ante triduum non habere. Quib(us)
non uisis certa est disperatio. Circulus uero
quo a pupilla albę partes oculi separantur dis
creta nigritudine. Corona dicitur. quod rotun
ditate sui ornet ambitum pupillę. Palpebrę sunt
sinus oculorum. a palpitatione dictę quia semper
mouentur. Concurrunt enim inuicem. ut assiduo
motu reficiant obtutum. Munitę sunt aut(em) ual
lo capillorum. ut & apertis oculis siquid inciderit
repellatur. & somno cohibentib(us) tamquam inuo
luti quiescant latentes. In summitate aut(em) pal
pebrarum locis quib(us) se utraq(ue) clausa contingunt
exeunt adnati ordine seruato capilli. tu
telam oculis ministrantes ne inruentes faci
le iniurias excipiant & ex eo noceantur. ut
pulueris uel cuiusquam crassioris materię
arceant contactum. aut ipsum quoq(ue) aerem con
cidendo mitificent quo tenuem atq(ue) serenum
faciant uisum. Lacrimas quidam a laceratio
ne mentis putant dictas. alii existimant
ideo quod greci dasria uocant. Cilia sunt teg
mina quib(us) cooperiuntur oculi. Et dicta cilia
quod celant oculos. teguntq(ue) tuta custodia.
Supercilia dicta quia supposita sunt ciliis. Quę
idcirco pilis uestita sunt. ut oculis munimen
ta pretendant. & sudorem a capite defluentem
depellant. Intercilium uero est medium illud inter
supercilia quod sine pilis est. Genę sunt inferiores
oculorum partes. unde barbę inchoant. Nam gre
ce genos barbę. Hinc & genę. quod inde inci
piant gigni barbę. Malę sunt. eminentes sub
oculis partes. ad protectionem eorum subpositę.
Vocatę aut(em) malę. siue quod infra oculos prominent
in rotunditatem. quę greci mala appellant.
siue quod sint supra maxillas. Maxillę per di
minutionem a malis. Sicuti paxillus a palo.
taxillus a talo. Mandibulę sunt maxillarum par
tes ex qua & nomen factum. Barbam ueteres uo
cauerunt. quod uirorum sit non mulierum. Aurium in
clitum nomen a uocib(us) auriendis. Vnde et uirgi
lius uocem his aurib(us) ausi. Aut quia uocem ip
sam greci audeliden uocant. ab auditu. Per inmu
tationem enim litterę aures quasi audes nun
cupatę sunt. Vox enim repercussa per anfractus earum
sonum facit. quo sensum excipiant audiendi.
Pinnula. summa pars auris ab acumine dicta.
Pennum enim antiqui acutum dicebant. Vnde & bi
pinnis & pinna. Nares idcirco nominantur. quia
per eas uel odor uel spiritus manare non desinit. Siue
quia nos odore admonent ut ignarib(us) aliquid
sciamus. unde & contra insci acrudes signari
dicuntur. Olfecisse enim scisse ueteres dicebant.
Terrentius ac non nouistis ex mensibus prius olfe
cissent quam ille quicquam ceperit. Narium rec
ta pars. propter quod equaliter sit in longitudine
& rotunditate porrecta columna uocatur.
extremitas eius pirula a formula pomi
piri. Quę uero dextra leuaq(ue) sunt pin
nulę a balarum similitudine medium autem
interfinium. Os dictum quod per ipsum quasi per
ostium et cibos intus mittimus & sputum foris
proicimus. uel quia inde ingrediuntur
cibi. inde egrediuntur sermones. Labia

alambendo nominata. Quod autem superius est
labium dicimus. Quod inferius eo quod grassi
or sit labrum. Alii virorum labra mulierum la
bia dicunt. Linguae a ligando cibo putat var
ro nomen inpositum. Alii quod per articulatos
sonos verba ligat. Sic enim plectrum cordis ita
lingua inliditur dentibus et vocalem efficit sonum.
Dentes greci odentes vocant. et inde in latinum
trahere nomen videntur. Horum primi pre
cisores dicuntur. quia omne quod accipitur
ipsi prius incidunt. Sequentes canini vocan
tur. Quorum duo in dextra maxilla et duo
in sinistra sunt. Et dicti canini quia ad si
militudinem caninorum existunt. et canis ex
ipsis ossa frangit sicut et homo. Et quod
non possunt priores precidere. illis tradunt
ut confrangant. Hos vulgus pro longitudine
et rotunditate colomellos vocat. Ultimi sunt
molares. qui conscisa a prioribus atque confracta
subigunt. et molle fit atque inmassant. Unde
et molares vocati sunt. Dentium autem nume
ro discernit qualitas sexus. Nam in viris
plures. in feminis pauciores existunt.
Gingivae a gignendis dentibus nominatae. Factae
sunt autem etiam ad decorem dentium. ne nudi orro
ri potius quam ornamento existerent. Palatum
nostrum sic celum est positum. et inde palatum apo
lo per diriuatione. Sed et greci similiter palatum
uranon appellant. eo quod pro sui concavitate
celi similitudinem habeat. Fauces a fundendis
vocibus nominatae vel quod per eas famur
voces. Arteriae vocatae. sive quod per eas a pul
mone aer hoc est spiritus fertur. seu quod artis
et angustis meatibus spiritum vitalem retineant.
unde vocis sonos emittunt. qui soni uno mo
do sonarent nisi linguae motus distantias vo
cis efficeret. Toles gallica lingua dicuntur.

quas vulgo per diminutionem tusillas vocant.
quae in faucibus turgescere solent. Mentum
dictum quod inde mandibulae oriantur vel quod
ibi iungantur. Gurgulio a gutture nomen
trahit. Cuius meatus ab hoc et nares protenditur
habens viam qua vox ad linguam transmitti
tur ut possit verba conlidere. Unde et gar
rire dicimus. Rumen proximum gurgulioni
quo cibi et potio devorantur. Hinc bestiae
quae cibum revocant ac remandunt rumina
re dicuntur. Sublinguium operculum gurgulio
nis quasi parva lingua quae foramen linguae
recludit operitque. Collum dictum quod sit ri
gidum et teres ut columna baiulans caput et
sustentans quasi capitolium. Cuius anterior
pars gula vocatur. posterior cervix. Cervix
vocata quod per eam partem cerebrum ad me
dullam spinae dirigitur. quasi cerebri via.
Veteres autem plurali tantum numero cervices
dicebant. Prius Ostensius cervicem singulariter
dixit. Cervix autem numero singulari mem
brum ipsud significat. Nam pluraliter contu
maciam sepe demonstrat. Cicero in verrinis.
Pretorem tu accuses frange cervices. Hume
ri dicti quasi armi ad distinctionem homi
nis a pecudibus mutis. ut hi humeros illi
armos habere dicantur. Nam proprie armi
quadrupedum sunt. Ola summi humeri
pars. posterior. Brachia a fortitudine no
minata. Bari enim grece grave et forte sig
nificat. In brachiis enim tori lacertorum sunt
et insigne musculorum robur existit. In his
sunt tori id est musculi. Et dicti tori quod
illic viscera toria videantur. Cubitum dictum
quod ad cibos sumendos in ipso cubamus.
Ulnas secundum quosdam utriusque manus exten
sio est. Secundum alios cubitus. quod magis veri

est quia grece elenos cubitus dicitur. Ale subbrachia sunt appellate eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet. quas quidam ascellas uocant quod ex his brachia cellunt id est mouentur. Unde et oscilla dicta ab eo quod oscillantur hoc est moueantur ora. Nam cillere est mouere. Has quidam subircos uocant. Propter quod in plerisque hominibus hircorum fetorem reddant.

Manus dicta quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat. ipsa operatur omnia atque dispensat. Per eam accipimus et damus. Abusiue autem manus etiam ars uel artifex. Unde et manu pretium dicimus. Dextera uocatur a dando. Ipsa enim pignus pacis datur ipsa fidei testis atque salutis adhibetur. Et hoc est illud caput tullium fidem publicam iussu senatus dedi. id est dextram. Unde et apostolus. Dextras dederunt mihi et barnabe societatis. Leua quod aptior sit ad leuandum. Sinistra autem uocata quasi sine. quod rem fieri sinat. A sinendo enim sinistra est nuncupata. Palma est manus expansis digitis. sicut contractis pugnus. Pugnus autem a pugillo dictus. sicut palma ab expansis palme ramis.

Digiti nuncupati uel quia decem sunt. uel quia decenter uincti existant. Nam habent in se et numerum perfectum et ordinem decentissimum. Primus pollex uocatus. eo quod inter ceteros polleat uirtute et potestate. Secundus salutaris seu demonstratorius. quia eo fere salutamus uel aliquid demonstramus. Tertius inpudicus. quod plerumque per eum probri expectatio exprimitur. Quartus anularis. eo quod in ipso anulus geritur. Idem et medicinalis. quod ea trita collyria a medicis colliguntur. Quintus auricularis pro eo quod eo aurem scalpimus. Ungulas ex greco uocamus. Illi enim has onicen dicunt.

Truncus. media pars corporis a collo ad inguine. De qua nigidius. Caput collo uehitur. Truncus sustinetur coxis et genibus cruribusque. Torax a grecis dicitur anterior pars trunci a collo usque ad stomachum. Quam nos dicimus arcam. eo quod ibi arcanum sit id est secretum eo quod ceteri arceantur. Unde et arca et ara dicta quasi res secrete. Cuius eminentes pulpe mamille inter quas pars illa ossea pectus dicitur.

Dextra autem leuaque coste. Pectus uocatum quod sit pexum inter eminentes mamillarum partes. Unde et pectinem dici quod pexos capillos faciat.

Mamille uocate. quia rotunde sunt quasi male per diminutionem scilicet. Papille capita mamarum sunt. quas sugentes comprehendunt. Et dicte papille. quod eas infantes quasi pappant dum lac sugunt. Proinde mamilla est omnis eminentia uberis. Papilla uero illud unde lac trahitur.

Ubera dicta uel quia lacte uberta uel quia uuida humore scilicet lactis in more uuarum plena. Lac uim nominis a colore trahit quod sit albus liquor. Leucos enim greci album dicunt. Cuius natura ex sanguine commutatur. Nam post partum si quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento consumptum naturali meatu fluit in mammas. et earum uirtute albescens lactis accipit qualitatem. Pori corporis greco nomine appellantur. qui latine proprie spiramenta dicuntur. eo quod per eos uiuificus spiritus exterius ministretur. Cutis est que in corpore prima est appellata quod ipsa corpori supposita incisione prima patiatur. Cutis enim grece incisio dicitur. Idem et pellis. quod extrinsecas iniurias corporis tegendo pellat. pluuiasque et uentos solisque ardores perferat. Pellis autem mox detracta subacta iam corium dicitur. Corium autem per diriuationem caro appellauit quod eo tegatur. Sed hoc in brutis animalibus proprium.

Aruina est pinguedo cuti adherens. Pulpa est. caro sine pinguedine. dicta quod palpitet. Resilit enim sepe. Hanc plerique & uiscum uocant. propter quod glutinosa sit. Membra sunt partes corporis. Artus. quibus conligantur membra ab artando dicti. Nerui greca diriuatione appellati. quos illi neura uocant. Alii latine uocatos neruos putant. eo quod artuum coniunctiones inuicem inhis inhereant idest abinherendo. Maximam autem uirium substantiam neruos facere certissimum est. Nam quando fuerint densiores. tanto propensius aurescere firmitate. Artus dicti quod conligati inuicem neruis artentur idest stringantur. Quorum diminutiua sunt articuli. Nam artus dicimus membra maiora. ut brachia. articulos minora membra ut digitos. Conpago capita sunt ossuum dicta. eo quod sibi conpacta neruis uel glutino quodam adhereant. Ossa sunt. corporis solidamenta. Inhis enim posito omnis roburque subsistit. Ossa autem ab usto dicta. propter quod cremarentur ab antiquis siue ut alii putant ab ore eo quod ibi pateant. Nam ubique cute uisceribusque obtecta celantur. Medulla appellata quod madefaciat ossa. Inrigat enim & confortat. Vertibula sunt summe ossuum partes. nodis crassioribus conglobate. Dicte ita eo quod adinflexionem membrorum illa uertantur. Cartillagines. ossa mollia et sine medulla quod tenent auricule & narium discrimen & costarum extremitatem habent. Siue opercula ossuum. que mouentur. Et dicte cartillagines. quod leni attritu carent dolorem dum flectuntur. Costas appellari quidam putant. quod ab ipsis interiora custodiantur. & tota mollities uentris uallata saluetur. Latus. quia iacentibus nobis latet. Est enim leua pars corporis. Dextra autem lateris abilior motus est leua fortior & oneri ferendo adcommodatior. Unde & leua nuncupata quod aptior sit adleuandum aliquid & portandum. Ipsa enim gestat clippeum ensem pharetram & reliqua honera ut expedita sit dextra adagendum.

Dorsum est a ceruice usque adrenes. Dictus autem dorsus. quod sit superficie durior corporis. inmodum saxi fortis & adportandum & adperpetiendum. Terga quia in ea supini iacemus interris. Quod solus homo potest. Nam multa animalia tantum aut inuentre aut inlatere iacent. Vnde & inanimalibus terga abusiue dicuntur. Interscaplium spatium quod interscapulas est. Vnde & nominatum. Pale sunt. dorsi dextra leuaque eminentia membra dicta quod inluctando eas premimus. quod greci palin dicunt. Spina est iunctura dorsi. dicta eo quod habeat radiolos acutos. cuius iuncture spondilia appellantur propter partem cerebri que fertur per eos longo tractu adceteras corporis partes. Sacra spina est ima perpetue spine. quam greci ironostoin uocant. quoniam primum infante concepto nascitur. ideoque & hostia id primum agentibus diis suis dabatur. Vnde & sacra spina dicitur. Renes autem uarro dictos quod riui abhis obsceni humoris nascantur. Nam uene et medulle tenuem licorem desudant inrenibus. Qui liquor rursus arenibus calore uenerio resolutus decurrit. Lumbi ob libidinis lasciuiam dicti quia inuiris causa corporee uoluptatis insita est. sic inumbilico feminis. Vnde & adiob. inexordio sermonis dictum est. Accinge sicut uir lumbos tuos. ut inhis esset resistendi preparatio inquibus libidinis est usitata dominandi occasio. Umbilicus est medius locus corporis. dictus quod sit umbus iliorum. Vnde & umbo appellatur locus inmedio clippei aquo pendet. Ex eo enim infans inutero pendet. ex eo etiam & nutritur. Ilium greco sermone appellatum. quod ibi nos obuoluamus. Grece enim ileos obuoluere dicitur. Clunes uocantur

quod sunt iuxta colū quod est longao. Nates.
quod ipsis innitamur dū sedemus. Unde et
conglobata est ineis caro. ne pmentis corporis
mole ossa dolerent. Genitalia corporis partes
sunt. ut nomen ipsud docet. gignendi sobolis
acceperunt uocabulū. quod his procreatur
et gignitur. Hec et pudenda prouerecundia.
siue apube. unde & indumento operiuntur.
Dicuntur autē ista & inhonesta. quia non ha
bent eā speciē decoris sicut membra que
inpromptu locata sunt. Idem & ueretrū. quia
uiri est tantū. siue quod ex eo uirus emitti
tur. Nam uirus proprie dicitur humor
fluens anatura uiri. Testiculi. per diminutio
nē atestibus dicti. quorū numerus incipit
aduobus. Hi semen calamo ministrant. quę
aspinę medulla & renibus & lumbis suscipiunt
adgratiā procreandi. Fiscus est. pellis inqua
testiculi sunt. Posteriora uero. ita uocata.
quod retro sint & aduultu auersa. ne dū
aluū purgamus inquinaremus aspectum.
Meatus inde appellatus. quia per eū meant
idest egerunt corpora. Femora dicta sunt.
quod ea parte afemina sexus uiri discre
pet. Sunt autē abinguinibus usq; adgenua.
Femina autē per diriuationē femorum par
tes sunt. quibus equitando tergis equorū
adheremus. Unde & preliatores olim sub
feminibus equos amisisse dicebantur. Coxę
quasi coniunctę axes. In ipsis enī femora
mouentur. quorū concaua uertebra uo
cantur. quia ineis capita femorū uertun
tur. Suffragines. quia subtus franguntur.
idest flectuntur non supra sicut inbrachi
is. Genua sunt. commissiones femorum
& crurū. & dicta genua eo quod inutero
sint genis opposita. Coerent enim ibi sibi.

et cognata sunt oculis lacrimarū indicibus et
mē. nam agenis genua dicuntur. Denique con
plicatū gigni formariq; hominē. ita ut genua
sursū sint quibus oculi formantur ut caui ac
reconditi fiant. Ennius autē. Atq; genua con
primit artagena. Inde est quod homines dū
adgenua se prosternunt statim lacrimantur.
Uoluit enī eos natura uterū maternū reme
morare. ubi quasi intenebris consedebant.
ante quā uenirent adlucē. Crura dicta.
quia his currimus & gressū facimus. Sunt
autē subgenibus usq; adsuras. Tibię uocatę
quasi tubę. Sunt enī & longitudine & spe
cie similes. Talus dictus atalo. Nam tolus
est eminens rotunditas. unde & fastigium
templi rotundi tolos uocantur. Talus autē
subcrurā est. subtalo calcanei. Pedes. ex gre
ca ethymologia nomen sortiti sunt. Hos
enim greci podas dicunt. qui alternis mo
tibus solo fixi incedunt. Plantę aplanitie
nuncupatę. quia non rotundę. ut inquad
rupedibus ne stare possit bibes homo. sed
plane atq; longiores formate sunt ut stabi
le corpus efficerent. Sunt autē plantę an
teriores partes. que etiā de multis ossibus
constant. Calcis prima pars plantę acallo
illi nomen impositū quo terrā calcamus.
Hinc & calcaneus solū inferior pars pedis
dictū. quia eo terrę uestigia inprimimus.
Sed & solum dicitur. omne quod aliquid sus
tinet quasi solidum. Unde & terra solum
quod cuncta sustineant. & solū pedis quod
totā corporis molē portet. Uiscera non tan
tū intestina dicimus. sed quicquid subcorio
est. auisco quod est intercutem et carnem.
Item uiscera uitalia idest circū fusa cor
dis loca. quasi uis ceda eo quod ibi uita idē.

anima continetur. Item uiscera capita neruorum ex sanguine & neruis copulata. id est lacerti siue mures. quia sic in singulis membris cordis loco sunt. uictor in media totius corporis parte. Appellanturque a nomine similium animalium sub terra delitiscentium. Nam inde musculi a murium similitudine. idem etiam et tori. quod illic uiscera torta uideantur. Cor a greca appellatione diriuatum. quod illi cardian dicunt. Siue a cura. in eo enim omnis sollicitudo & scientie causa manet. Quideo pulmoni uicinus est. ut cum ira accenditur. pulmonis humore temperetur. Huius due arterie sunt. E quibus sinistra plus sanguinem habet. dextra plus spiritum. Vnde & in dextro brachio pulsum inspicimus. Precordia sunt loca cordis uicina quibus sensus percipitur. Et dicta precordia. eo quod ibi sit principium cordis et cogitationis. Pulsus uocatus quod palpitet. Cuius inditio. aut infirmitatem intellegimus. aut salutem. Huius dupplex est motus. Simplex qui ex uno saltu constat. Compositus. qui ex pluribus motibus inordinatus & inequalis existit. Qui motus certa habent spatia. Dactilicum percussum. qua diu sine uitio sunt. Siquando uero citatiores sunt. ut dorcadizontes. aut leniores ut mirmizontes. mortis signa sunt. Vene dicte. eo quod uie sint natantis sanguinis atque riui per corpus omne diuisi quibus uniuersa membra irrigantur. Sanguis ex greca ethimologia nomen duxit. quod uegetetur & sustenteur & uiuat. Sanguis autem est. dum in corpore est. Effusus uero cruor dicitur. Nam cruor uocatus ab eo quod effusus decurrit. uel ab eo quod currendo corruat. Alii cruorem interpretantur sanguinem corruptum qui emittitur. Alii aiunt uocatum sanguinem quod suauis est. Sanguis autem non est integer nisi in iuuenibus. Nam dicunt fisici minui sanguinem per etatem. Vnde in senibus tremor est. Proprie autem sanguis anime possessio est. Inde genas lacerare mulieres in luctu solent. Inde & purpuree uestes et flores purpurei mortuis prebentur. Pulmon ex greco trahit uocabulum. Greci enim pulmonem pleumon uocant eo quod cordis flabellum sit in quo pneumon id est spiritus inest. per quam exagitantur et mouentur. Vnde & pulmones uocati sunt. Nam grece pneumo spiritus dicitur. qui flando & exagitando aerem amittit et recipit. a quo mouentur pulmones & palpitant et aperiendo se ut flatum capiant & stringendo ut eiciant. Est enim organum corporis. Iecur nomen habet eo quod ignis ibi habeat sedem. Qui in cerebro subuolat. inde ad oculos ceterosque sensus membra diffunditur & calore suo ad se sucum ex cibo tractum uertit in sanguinem quem ad usum pascendi nutriendique singulis menbris prebet. In iecore autem consistit uoluptas et concupiscentia iuxta eos qui de fisicis disputant. Fibre iecoris sunt extremitates sic extreme partes foliorum in ibis siue quasi lingue eminentes. Dicta autem fibras quod apud gentiles in sacris ad sebi aras ferebantur ab ariolis. Quibus oblatis atque succensis. responsa acciperent. Splen dictum ad supplementum ex contraria parte iecoris ne uacua existeret. Quem quidam etiam risus causa factum existimant. Nam splene ridemus. felle irascimur. corde sapimus. iecore amamus. Quibus quattuor elementis constantibus. integrum est animal. Fel appellatum quod sit folliculum gestans humorem qui uocatur bilis. Stomachus grece os uocatur. eo quod ostium uentris sit. et ipse cibum excipiat. atque in intestina transmittat. Intestina dicuntur eo quod corporis interi

ori parte cohibentur. Quę id circo longis nexibus in circulos ordinata sunt modo ut susceptas escas paulatim egerant ut sub additis cibis non impediantur. Omentum membranum quod continet intestinorum maiorem partem quod etiam ADIΠ greci uocant. Dissepium intestinum quod discernit uentrem & cetera intestina a pulmonibus et a corde. Cecum intestinum quod sit sine foramine et exitu quod greci tiflonenteron dicunt. Ieiuna tenue intestinum unde et ieiunium dicitur. Venter autem & aluus & uterus inter se differunt. Venter est qui acceptos cibos digerit et apparet extrinsecus pertingens a pectore ad inguinem. Et dictus uenter quod per totum corpus uitę alimenta transmittat. Aluus est quę cibum recipit & purgare solet. Salustius. Simulans sibi aluum purgari. Et uocatum aluum quod abluatur id est purgetur. Ex ipso enim sordes stercorum defluunt. Uterum solę mulieres habent in quo concipiunt ad similitudinem cauliculi. Tamen auctores uterum pro utriusque sexus uentre plerumque ponunt. Nec poetę tantummodo sed et ceteri. Vocatus autem uterus quod duplex sit & ab utraque in duas se diuidat partes. Quę in diuersum diffusę ac replexę circumplicantur in modum cornu arietis. uel quod interius impleatur fetu. Hinc et uterus quod aliquid intrinsecus habuerit ut membra & uiscera. Caliculus autem proprie porci est. Hinc aduentrem translatio. Matrix dicitur quod fetus in eo generetur. Semen enim receptum confouet. confotum corporat. corporatum in membra distinguit. Vulua uocata quasi ualua id est ianua uentris. uel quod semen recipiat. uel quod ex ea fetus procedat. Vesica dicta. quasi uas aqua. Quia sic uas aquę tis de renibus urinę collecta completur et humore distenditur. Cuius usus in uolucribus non habetur. Urina autem dicta siue quod urat. seu quia ex renibus egeritur. Cuius inditio et salus et egritudo futura monstratur. Qui humor uulgo lotium dicitur quod eo lota id est munda uestimenta efficiantur. Semen est quod iactum sumitur aut a terra aut ab utero ad gignendum uel fructum uel fetus. Est enim liquor ex cibi & corporis decoctione factus. ac diffusus per uenas atque medullas. Qui inde desudatus in modum sentinę concrescit in renibus. eiectusque per coitum & in utero mulieris susceptus calore quodammodo uiscerum & menstruali sanguinis inrigatione formatur in corpore. Menstrua super uacuus mulierum sanguis. Dicta autem menstrua a circuitu lunaris luminis quo solet hoc uenire profluuium. Luna enim grece mene dicitur. Hęc et muliebria nuncupantur. Nam mulier solum animal menstruale est. Cuius cruoris contactu fruges non germinant. acescunt musta. moriuntur herbę. amittunt arbores fetus. ferrum rubigo corrumpit. nigrescunt era. Si qui canes inde ederint. in rabiem efferantur. glutinum asfalti quod nec ferro nec aquis dissoluitur. cruore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos autem dies menstruos ideo semen non est generabile. quia iam non est menstrualis sanguis a quo perfusus inrigetur. Tenue semen locis muliebribus non adherere. Labitur enim nec habet uim adherendi. Similiter & crassum uim non habet gignendi. quia muliebri sanguini miscere se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc & steriles mares uel feminas fieri uel per nimiam seminis uel sanguinis crassitudinem. uel propter nimiam raritatem. Primum autem aiunt cor hominis fingi quod in ea sit & uita omnis et sapientia. Deinde quadragesimo die totum opus

expleri· quod ex abortionib, ut ferunt collectũ ẽ. Alii fetus a capite sumere dicunt exordiũ. Unde & in auiũ fetus primũ oculos fingi in ouis uidem̃. Fetus aũt nominatũ· quod adhuc in utero foueatur. Cuius sedẽ dicuntur folliculus. qui simul cũ infante nascitur· continetq; eũ dictus. qua & cũ egreditur sequitur. Nasci aũt patribus similes aiunt. si patrium semen ualidior sit. Matribus. si matris. Hac ratione exprimi uultus. Qui aũt utriusq; parentis figurã reddunt· equalit̃ mixto paterno maternoq; semine concipiuntur. Auorũ proauorũq; similes fieri· quia sic intra multa semina occulta· sic & in nobis semina celantur figuras parentũ reddituura. Ex paterno aũt semine puellas nasci· & ex materno pueros· quia omĩs partus constat dupplici semine. Cuius pars maior cũ inualuerit· occupat similitudinẽ sexus. In corpore nostro quedã tantũ utilitatis causa facta sunt· ut uiscera· quedã & utilitatis & decoris ut sensus in facie & corpore manus ac pedes. Quorũ membrorũ & utilitas magna est· & species decentissima. Quedã tantũ decoris ut mammillẽ in uiris & in utroq; sexu umbilicus· quedã discretionis. ut in uiris genitalia· barba, prolixa pectus amplũ. In mulieribus leues genẽ & angustũ pectus. Ad concipiendos aũt & portandos fetus· renes & latera dilatata. Quod ad hominẽ et ad partes attinet & corporis· ex parte dictũ est nunc etates ei subiungam.

## DE ETATIBUS HOMINIS. II.

Gradus etatis sex sunt. Infantia. Pueritia. Adulescentia. Iuuentus. Grauitas. atq; Senect̃. Prima etas infantia est. pueri nascentis ad lucẽ. que porrigit̃ in septẽ annis. Secunda etas pueritia. id est pura & nec dũ ad generandũ apta tendens usq; ad quartũ decimũ annũ. Tertia adulescentia. ad gignendũ iã ulta. Que porrigit̃ usq; ad uiginti octo annos. Quarta iuuentus firmissima etatũ omniũ· finiens in quinquagesimũ annũ. Quinta etas senioris. id est grauitas. que est declinatio a iuuentute in senectute. Nondũ senectus. sed iam non iuuentus. Quia senioris etas est. quã greci presbiten uocant. Nam senex apud grecos non pbr̃ sed geron dicit̃. Que etas a quinquagesimo anno incipiens. septuagesimo terminat̃. Sexta etas senectus. que nullo annorũ tempore finitur: sed post quinq; illas etates quantũ cuiq; uitẽ est senectuti deputat̃. Seniũ aũt pars ẽ ultima senectutis. Dicta qđ sit terminus sexte etatis. In his igitur sex spatiis phylosophi uitã descripser̃ humanã in quib, mutat̃ & currit· & ad mortis terminũ peruenit. Pergamus ergo breuit̃ p predictos gradus etatũ ethimologias eorũ in homine demonstrantes. Infans dicit̃ homo prime etatis. Dictus aũt infans. quia adhuc fari nescit id est loqui non potest. Nondũ enĩ bene ordinatis dentib, minus est sermonis expressio. Puer a puritate uocatus. quia purus est. & nec dũ lanugine floreq; genarũ habens. Hi sunt efebi· id est a febo dicti· nec dũ uiri adulescentuli lenes. Puer aũt trib; modis dicit̃. Pro natiuitate. ut esaias. Puer natus est nob. Pro etate. ut octiennis decennis. Unde est illud. Iam puerile iugũ tenera ceruice regebat. Pro obsequio & fidei puritate. ut dñs ad pphetã. Puer mĩs es tu noli timere. Dũ iam hieremias longe pueritiẽ excessisset annos. Puella est paruula quasi pulla. Unde pupillos non p conditione sed p etate puerili uocamus. Pupilli aũt dicti· quasi sine oculis. hoc est a parentib, orbi. Hi aũt uere pupilli dicunt̃

quorum partes ante decesserunt quam oblivis nomen acciperent. Ceteri orbi vocantur orfani idem qui et pupilli. Illud enim grecum nomen est hoc latinum. Nam et in psalmo ubi legitur pupillo tu eris adiutor: grecus habet orfano. Puberes a pube idest a pudenda corporis nuncupati. quod hec loca tunc primum lanuginem ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem existimant. id est eum puberem esse qui quattuordecim annos expleverit. quamvis tardissime pubescat. Certissimum autem puberem esse qui et ex habitu corporis pubertatem ostendit ut generare iam possit. Puerperae sunt quae annis puerilibus pariunt. Unde et Oratius. Laudatur primo prole puerpera nato. Et dictae puerperae vel quod primo partu gravantur. vel primum pueros pariunt. Adulescens dictus eo quod sit ad gignendum adultus. sive a crescere et augeri. Iuvenis vocatus quod iuvare posse incipit. ut in Iob. iuvenci cum anculis discesserunt. Est enim iuvenis in ipso aetatis incremento positus. et ad auxilium paratus. Nam iuvare hominis est opus aliquod conferentis. Sicut autem tricesimus perfectae aetatis est annus in hominibus. ita in pecudibus ac iumentis tertius robustissimus. Vir nuncupatus quia maior in eo vis est quam in femina. Unde et virtus nomen accepit. sive quod vi agat feminam. Mulier vero a mollitie. tamquam mollier. detracta littera vel mutata appellata est mulier. Utrique enim fortitudine et inbecillitate corporum separantur. Sed ideo virtus maxima viri mulieris minor: ut pacientiensis viro esset. Scilicet ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere aut in alium sexum proruere. Dicitur igitur mulier secundum femineum

sexum non secundum corruptionem integritatis. Et hoc ex lingua sacrae scripturae: Nam Eva statim facta de latere viri sui nondum contacta a viro mulier appellata est. Dicente scriptura. Et formavit eam in mulierem. Virgo a viridiori aetate dicta est. sicut et virga. sicut et vitula. Alias ab incorruptione. quasi virago quod ignoret femineam passionem. Virago vocata quia virum agit hoc est opera virilia facit. et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia facit. recte virago dicitur. ut amazona. Quae vero nunc femina antiquitus vira vocabatur. Sicut a servo serva. Sicut a famulo famula. ita a viro vira. Hinc et virginis nomen quidam putant. Femina vero a partibus femorum dicta ubi sexus species a viro distinguitur. Alii greca ethymologia feminam ab ignea vi dictam putant. quia vehementer concupiscit. Libidinosiores enim viris feminas esse. tam in mulieribus quam in animalibus. Unde nimius amor apud antiquos femineus vocabatur. Senior est adhuc viridior. In sexto libro Ovidius. Senior inter iuvenemque senemque. Terentius. quo iure sum adulescentior. non utique magis adulescens sed minus ut senior minus senex.

Ubi comparativus gradus minus significat positivo. Ergo senior non satis. sicut iunior intra iuvenem. sicut pauperior intra pauperem. Senes autem quidam dictos putant a sensus diminutione. eo quod iam pre vetustate desipiant. Nam fisici dicunt stultos esse homines frigidiores sanguinis. prudentes calidi. Unde et senes in quibus iam friget et pueri in quibus nec dum calet. minus sapiunt. Inde est quod convenit sibi infantium aetas et senum. Senes enim per nimiam aetatem delerant pueri

plascivia et infantia ignorant quid agant.
Senes autem tantum masculini generis est. sic anus feminini. Nam anus dicitur sola mulier. Anus autem appellata a multis annis quasi annosa. Nam si comune esset nomen. cur diceret terrentius sene mulierem. Hinc et uetula quia uetusta. Sic autem a sene senectus. ita ab anu anilitas nominata est. Canities autem uocata a candore. quasi candicies. Unde est illud. Florida iuventus. lactea canicies. Prout diceret candida. Senectus autem multa secum bona affert. et mala. Bona quia nos ab inpotentissimis dominis liberat. uoluptatibus inponit modum. libidinis frangit impetus. auget sapientiam. dat maturiosa consilia. Mala autem. quia senium miserrimum est debilitate et odio. Subeunt enim morbi tristisque senectus. Nam duo sunt quibus minuuntur corporis uires. Senectus. et morbus.

Mors dicta quod sit amara. uel a marte qui est effector mortium. Siue mors a morsu hominis primi. quod uetiti arboris pomum mordens mortem incurrit. Tria sunt autem genera mortis. Acerua. inmatura. naturalis. Acerua infantum. Inmatura iuuenum. Matura idest naturalis senum. Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur incertum. Nam sic ait cesar ab eo quod est morior. in participio preteriti temporis in tus exire debuit. per unum scilicet u. non per duo. Nam ubi geminata est littera u. nomen est non participium. ut fatuus arduus. Conuenienter itaque factum. ut quemadmodum id quod significat non potest agendo. ita et ipsud nomen non posset loquendo declinari. Omnis autem mortuus. aut funus est aut cadauer. Funus est si sepelliatur. Et dictum funus. a funibus accensis. quos ante feretrum papiris cera circumdatis ferebant. Cadauer autem est. si insepultum iacet. Nam cadauer nominatum a cadendo quia iam stare non potest. Quod dum portatur exequias dicimus. Crematum reliquias. Conditum iam sepultum. Corpus autem consuetudine dicitur. Ut illud. Tum corpora luce carentum.

Defunctus uocatus. quia compleuit uitae officium. Nam dicimus functos officio. qui officia debita compleuerunt. Unde est et honoribus functus. Hinc ergo defunctus. quod ab officio sit uitae depositus. siue quod sit die functus. Sepultus autem dictus. eo quod iam sine pulsu et palpitatione est. idest sine motu. Sepellire est autem. condere corpus. Nam humare obruere dicimus. hoc est humum inicere.

## DE PORTENTIS. III.

Portenta esse uarro ait. quae contra naturam nata uidentur. Sed non sunt contra naturam. quia diuina uoluntate fiunt. cum uoluntas creatoris cuiusque conditae rei natura sit. Unde et ipsi gentiles deum modo naturam. modo deum appellant. Portentum ergo fit non contra naturam. sed contra quam est nota natura. Portenta autem et ostenta monstra atque prodigia ideo nuncupantur. quod portendere atque ostendere. monstrare ac predicare aliqua futura uidentur. Nam portenta dicta perhibent a portendendo. idest preostendendo. Ostenta autem. quod ostendere quicquam futurum uideantur. Prodigia quod porro dicant idest futura predicent. Monstra uero. a monitu dicta quod aliquid significandum demonstrent. siue quod statim monstrent quid appareat. et hoc proprietatis est. abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur. Quedam autem portentorum creationes in significationibus futuris constituta uidentur. Vult enim deus interdum uentura significare per aliqua nascentium noxia. Sic et per somnos et per oracula qua premoneat et significet quibusdam

uel gentib. uel hominib. futurā cladē. Quod
plurimis etiā experimentis pbatū est. Xersen
quippe uulpis ex equa creata solui regnū
portendit. Alexandro ex muliere monstrū
creatū quod superiores corporis partes ho
minis sed mortuas habuerit. inferiores di
uersarū bestiarū sed uiuentes. significasse
repentinā regis interfectionē. Super uix e
rant enī deteriora meliorib. Sed hec mon
stra que in significationib. dantur: non
diu uiuunt. sed continuo ut nata fuerint
occidunt. Inter portentū aūt & porten
tosū differt. Nam portenta sunt. que
transfigurant. Sicut transfertur in um
bria muliere pepperisse serpentē. Unde
lucanus. matremq; suus conterruit infans.
Portentuosa uero leuē sumunt mutationē:
exempli causa. cum sex digitis nati. Por
tenta igit̄ uel portentuosa existunt alia
magnitudine corporis ultra comunem
hominis modū. quantus fuit tition inno
ue iugerib. iacens. omero testante. Alia
paruitate totius corporis. ut nani uel quos
greci pigmeos uocant. quod sint statura
cubitales. Alia magnitudine partiū uelu
ti capite informi. aut supfluis membrorum
partibus. ut bicipites & trimani. uel cino
dontes. quib. gemini pcedunt dentes. Alia defec
tu partiū. in quib. altera pars plurimū de
ficit ab altera. ut manus a manu. uel pes
a pede. Alia discissione. ut sine manu aut
capite generata quos greci steresios uocant.
Alia per numeria quando solū capud aut
crus nascit. Alia que in parte. sicut qui
leonis habens uultū uel canis. uel taurinū
caput aut corpus. ut ex Pasiphae memo
rant genitū minotaurū. quod greci et

eteromorfian uocant. Alia que ex omni parte
transfigurant in alienę creationis portentū.
ut ex muliere uitulū dicit historia gene
ratū. Alia que sine transfiguratione mu
tationē habent locorū ut oculos in pectore.
uel in fronte. aures supra in tempora uel
sic aristotelis tradidit quendā in sinistra
parte iecur: in dextra splen habuisse. Alia
sedm connatu ratione. ut in alia manu di
gitī plures connaturati & coherentes reppe
riant. in alia minus. siue in pedib. Alia
sedm innaturā & intemperatā creationē.
sic hi qui dentati nascuntur. siue barbati
uel cani. Alia coplexu plurimarū differen
tiarū sicut illud quod prędiximus in alex
andro multi formę portentū. Alia com
mixtione generis. ut androgeni et ermafro
ditę uocant. Ermafroditę aūt nuncupa
ti eo quod eis utrq; sexus appareat. Erma
quippe apud grecos. masculus. afrodi fe
mina nuncupatur. Hi dextrā mamillam
uirilē. sinistrā muliebrē habentes. uicis
sim coeundo & gignunt & pariunt. Sic
aūt in singulis gentib. quędā monstra
sunt hominū. ita in uniuerso genere
humano quędā monstra sunt gentium.
Ut gigantes. cenokefali. cyclopes & cetera.
Gigantes dictos. iuxta greci sermonis ethi
mologiā qui eos gegenis existimant idē
terrigenas. eo quod eos fabulose parens
terra inmensa mole & similes sibi genu
erit. Ge enī terra appelat. genis genus
licet & terrę filios uulgus uocat quor gen
incertū est. Falso aūt opinant quidā in
perita de scripturis scīs pręuaricatores
angelos cū filiabus hominū ante diluuiū
concubuisse. & ex inde natos gigantes. id est

nimiū grandes & fortes uiros de quib; terra com
pleta est. Cenokephali appellant eo quod canina
capita habeant. quosq; ipse latratus magis besti
as quā homines confitet. Hi ī india nascunt.
Cyclopes quoq; eadē india gignit. & dictos
cyclopes. eo quod unū habere oculū in fron
te media phibent. Hi & agrio fagitę dicunt.
ppt quod solas ferarū carnes edunt. Lemnias
in libia credunt truncos sine capite nasci.
& os & oculos habere in pectore. Alias sine
ceruicibus gigni. oculos habentes in hume
ris. In ultimo aut orientis. monstruosę gen
tiū facies scribunt. Alię sine naribus ęqua
li totius oris planitię informes habentes
uultus. Alię labro subteriori adeo pminen
ti. ut in solis ardoribus totā ex eo faciē con
tegant dormientes. Alii concreta ora esse.
modico tantū foramine calamis auenarū
pastus aurientes. Nonnulli sine linguis ēē
dicunt. Inuicē sermones utentes. nutu sine
motu. Panotios apud scythiā ēē ferunt. tam
diffusa magnitudine aurium ut omne cor
pus ex his contegant. Pan enī greco sermone:
omne. Othi aures dicunt. Artabatitę in ethi
opia pni ut peccora ambulare dicunt. quad
ragesimū eum annū nullus sup greditur.
Satiri homunciones sunt adunci narib; cornua
in frontib; & caprarū pedib; similes qualē
in solitudine antonius scs uidit. Qui etiā in
terrogatus adi seruo. respondisse fertur
dicens. Mortalis ego sū. unus ex accolis he
remi. quos uario delusa errore gentilitas
faunos satyrosq; colit. Dicunt quidā & silues
tres homines. quos nonnulli fatuos uocant. Scio
padū gens ferī in ethiopia singulis cruribus
& celeritate mirabili. Quos inde sciopodas
greci uocant eo quod pestu intra resupini

iacentes pedū suoꝝ magnitudine adūbrent.
Antipodas in libia plantas uersas habent post
crura. & octenos digitos in plantis. Yppopo
des in scythia st humanā formā & equinos
pedes habentes. In india ferunt ēē gentē
quę macrobii nuncupant. duodecim pe
dū staturā habentes. Est et gens ibi statura
cubitalis. quos greci acubito pigmeos uo
cant. De qua supra diximus. Hi montana
indię tenent. quib; est uicinus oceanus.
Perhibent & in eadē india ēē gentē femina
rū quę quinquennes concipiunt. & octa
uū uitę annū non excedunt. Dicunt aut
& alia hominū fabulosa portenta quę nō
sed ficta in causis rerū interpretant. ut gerio
nē hispanię regē triplici forma pditū. Fuer
tres frs tantę concordię. ut in trib; corpo
rib; quasi una anima eet. Gorgones quoq;
meretrices crinitas serpentib; quę aspici
entes conuertebant in lapides. habentes unū
oculū quē inuicē utebant. Fuer aut tres
sorores unius pulchritudinis. quasi unius
oculi. Quę ita spectatores suos stuppescere
faciebant. ut uertere eos putarent in lapides.
Sirenas tres fiunt fuisse. ex parte uirgines &
ex parte uolucres. habentes alas & ungulas. qua
rū una uoce altera tibiis tertia lira canebat.
Quę illectos nauigantes sub cantu in naufragia
trahebant. Sedm ueritatē aut meretrices
fuer. Quę transeuntes qm̄ reducebant ad
egestatē. his ficte st inferre naufragia.
Alas aut habuisse & ungulas. quia amor
uolat & uulnerat. Quę inde in fluctib;
comorasse dicunt. quia fluctus uenerē
creauer. Scyllā quoque ferunt feminā capitibus
succinctā caninis. cū latratib; magnis. ppt
fretū siculi maris. in quo nauigantes [illegible]

inse concurrentium exterriti latrari estiment
undas quas sorbentis aestus vorago conlidit.
Fingunt et monstra quaedam inrationalium animan
tium. ut cerberum inferorum canem tria capita haben
tem. significantes per eum tres aetates per quas hominem
devorat. Id est infantia iuventute et senectu
te. Quem quidam ideo dictum cerberum putant
quasi creoboris. id est carnem vorans. Dicunt
et hydram serpentem cum novem capitibus. quae latine
excedra dicitur. quod uno caeso tria capita
excrescebant. Sed constat hydram locum fuisse
vomentem aquas. vastantem vicinam civitatem.
in quo uno meatu clauso multi erumpebant.
Quod hercules videns. loca ipsa exussit et sic
aquae clausit meatus. Nam hydra ab aqua
dicta est. Huius mentionem facit ambrosius
in similitudine heresum dicens. Heresis enim ve
lut quaedam ydra fabularum vulneribus suis
crevit. et dum saepe reciditur pullulavit igni de
bita incendio peritura. Fingunt et chimeram
triformem bestiam ore leo postremis partibus
draco. media caprea. quam quidam fisiologi non
animal sed ciliciae montem esse aiunt quibus
dam locis leones et capreas nutrientem. quibusdam
ardentem. quibusdam plenum serpentibus. hunc vel
lorofantis habitabilem fecit. Unde cimeram dicitur
occidisse. Centauris autem species vocabulum
indidit. id est hominem equo mixtum. Quos
quidam fuisse equites tessalorum dicunt. Sed pro eo
quod discurrentes in bello vel ut unum corpus
equorum et hominum viderentur. inde centauros fic
tos asseruerunt. Porro minotaurum nomen
sumpsisse ex tauro et homine. qualem bestiam
dicunt fabulose in laborintho inclusam fuisse.
De qua ovidius. Semibovemque virum semivirumque
bovem. Onocentaurum autem vocari eo quod media
hominis specie. media asini esse dicatur.

Sic et ippocentaurus. quod equorum hominumque
in eis natura coniuncta fuisse putatur.

DE TRANSFORMATIS. III.

Scribuntur autem et quaedam monstruosae hominum
transformationes et commutationes in bestias.
sic de illa maga famosissima circe. quae socios
quoque ulixis mutasse fertur in bestias et de arcadibus.
qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum
atque ibi convertebantur in lupos. Nam et diomedis
socios in volucres fuisse conversos. non fabuloso
mendatio sed hystoria adfirmatione confirmant.
Sed et quidam asserunt strigas ab hominibus fieri.
Ad multa enim latronica figurae sceleratorum mu
tantur. et sive magicis cantibus. sive herbarum
beneficio totis corporibus in feras transeunt.
Siquidem et per naturam pleraque mutationem re
cipiunt. et corrupta in diversas species transfor
mantur. Sicut de vitulorum carnibus putridis apes.
Sicut de equis scarabei. de mulis lucustae. de
cancris scorpiones. Ovidius. Concava litore
si demas braccia cancri. Scorpio exibit. cau
daque minabitur unca.

ITEM DE LIBRO DUODECIMO.

DE PECORIBUS IUMENTIS.

Omnibus animantibus adam primum
vocabula indidit. appellans unicuique
nomen ex praesenti institutione iuxta con
ditionem naturae cui serviret. Gentes autem
unicuique animalium ex propria lingua de
derunt vocabula. Non autem secundum latinam
linguam atque grecam aut quarumlibet gen
tium barbarumque. nomina illa inposuit
adam. Sed illa lingua quae ante diluvium
omnium una fuit. quae hebrea nuncupatur.
Latine autem animalia sive animantia dic
ta. quod animentur vita et moventur spiritu.
Quadrupedia vocata quia quattuor pedibus

greduuntur. Quędū sint similia pecoribus. tamen subcura humana nonsunt. Vt cerui. dammę. onagri. & cetera. Sedneque bestię sc̄ ut leones. neq; iumenta ut usus hominū iuba re possint. Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigię caret. Proprie autē pecorū nomen his animalibus adcommodari solet.

Quę sunt aut aduescendū apta ut oues & sues. aut inusu hominū commoda ut equi et boues. Differt autē interpecora & pecudes.

Nam ueteres communiter insignificatione omnium animaliū pecora dixerunt. Pecudes autē tantū illa animalia quę eduntur. quasi pecuedes. Generaliter autē omne animal pecus apascendo uocatū. Iumenta nomina inde traxerunt quod nos inlabore uel onus suo adiutorio subiectando uel arando iuuent. Nam bos carpenta trahit. & durissimas terrę glebas uomere uertit. Equus & asinus portant onora & hominū ingradiendo laborē temperant. Vnde & iumenta appellantur. abeo quod iuuent homines. Sunt magnarū uirū animalia. idem quoq; & armēta uel quod sit apta armis idest bello. uel quod his inarmis utitur. Alii armenta tantū boues intellegunt abarando quasi aramenta. uel quod sunt cornibus armata.

Discretio est aut interarmenta & greges. Nā armenta equoq; et boū sunt. Greges uero capillarū & ouiū. Ouis molle. pecus lanis. corpore inerme. animo placidū. aboblatione dictū eo qđ apud ueteres initio ñ tauri sed oues insacrificio mactarent. Ex his quasdā bidentes uocant. easq; int octo dentes duos altiores habent quas maxime gentiles insacrificiū offerebant. Uerbix uel auribꝫ dictus qđ ceteris ouib; sit fortior. uel quod sit uir idest masculus.

uel qđ uermen incapite habeant quorū excitati pruriti inuicē se concutiunt ... et pugnantes cū magno inpetu feriunt. Aries uel apotu areos idest amarte uocati. Vnde apud nos ingregib; masculi mares dicunt siue quod hoc pecus agentilib; primū aris est immolatū. aut aries quod aris poneret.

Vnde est illud. Aries mactatur adarā. Agnus quāquā & greci uocent apotu agno quasi piū. latini autē ideo hoc nomen habere putant. eo quod pręceteris animantibus matrē agnoscat. adeo ut etiā si inmagno grege errauerit statim palatu recognoscit uocem parentis. Edi. abedendo uocati. Parui enī pinguissimi sunt & saporis iocundi.

Unde & edere. unde & edulū uocatur. Hyrcus. lasciuū animal & petuleū & feruens sēper adcoitū. Cuius oculi oblibidinē transuersum aspiciunt. unde et nomen traxit.

Nam hyrqui sunt oculorū anguli secundū suetoniū. Cuius natura abeo calidissima est. ut adamantē lapidē quē nec ignis nec ferri domari ualet materia solus huius cruor dissoluat. Maiores hyrci cinifii dicuntur afluuio cinife inlibia ubi grandes nascuntur. Capros & capras. acarpendis uirgultis quidā dixer. Alii qđ capiant aspera. Hii nulli acrepitu crurū. Vnde eas creas uocatas. quę sunt agrestes caprę quas greci pro qđ acutissime uideant idest. oxy deprectepon. dorcas appellauer. Morant enim inexcelsis montibus. & quāuis delonginquo uident tamen omnes qui ueniunt. Idem aut & caprę idest ibices. quasi abices. eo qđ adinstar auiū ardua et excelsa teneant & insublime inhabitent. ita ut desublimitate uix humanis obtutibus pateant.

Vnde & meridiana pars ibices auet.

uocant qui nili fluentis inhabitant. Hec itaq;
animalia ut diximus in petris altissimis commo
rantur. & si quando ferarum uel hominum ad
uersitatem persenserint de altissimis saxorum
cacuminibus sese precipitant. in suis se cor
nibus illesa suscipiunt. Cerui dicti apo tu
ceraton. id est a cornibus. Cerata enim grece
cornua dicuntur. Hi serpentum inimici cum se
grauatos infirmitate persenserint spiritu
narium eos extrahunt de cauernis. & supe
rata pernicie ueneni eorum pabulo reparan
tur. Dictamnum herbam ipsi prodiderunt.
Nam eo pasti excutiunt acceptas sagittas.
Mirantes autem sibilum fistularum. rectis aurib.
acute audiunt. Submissis nihil. Siquando
inmensa flumina uel maria transnatant.
capita clunibus precedentium super ponunt.
sibiq; inuicem succedentes nullum laborem
ponderis sentiunt. Tragelaphi agrestis
nominati qui dum eadem specie sint ut cer
ui. uillosos tamen habent armos ut hirci.
& menta promissi circa barbis. Qui non alibi sunt
quam circa fasidem. Innuli filii sunt cer
uorum. ab innuere dicti. quia ad nutum ma
tris absconduntur. Dammula uocata quod
de manu effugiat. Timidum animal & in
becille. de quo marcialis. Dente timetur aper. de
fendunt cornua ceruum inbelles dame.
quid nisi preda sumus. Lepus. leuipes.
quia uelociter currit. Unde & grece pro
cursu lagos dicitur. Uelox enim animal.
& satis timidum. Cuniculum genus agrestium
animalium dicti quasi caniculi. eo quod ca
num indagine capiantur uel excludantur a s
peluncis. Sus dicta quod pascua subigat.
id est terram subarta escas inquirat. Verris.
quod grandes habeat uires. Porcus quasi

spurcus. Ingurgitat enim se ceno. luto in
mergit. limo inlinit. Oratius & amica
luto sus. Hinc & iam spurcitiam ut spurios
nuncupatos. Porcorum pilos setas uocamus.
& setas a sue dictas quib. & sutores uocantur
quod ex setis suant. id est consuant pelles.
Aper a feritate uocatus. ablata f. littera
& subrogata p. Unde & apud grecos si
agrios id est ferus dicitur. Omne enim quod
ferum est & inmite. abusiue agreste uoca
mus. Iuuencus dictus quod iuuare inci
piat hominum usus in excolenda terra.
uel quia apud gentiles ioui semper ubiq; iuuen
cus immolabatur nunquam taurus. Nam
in uictimis & iam aetas considerabatur.
Taurus grecum nomen est. & bos indi... eis.
Tauris color fuluus est. uolucris
pernicitas pilis in contrarium uersis. Caput
circumflectunt flexibilitate qua uolunt. ter
gi duritia omne telum respuunt inmiti
feritate. Bouem greci boen dicunt. Hunc
latini trionem uocant. eo quod terram terat.
quasi terionem. neuius trionum hic mode
rator rusticus. Cuius latitudo pellium
a mento ad crura palearia dicuntur. a pel
le ipsa quasi pellearia. quod est generositatis
in boue signum bonum. in sotiis eximia pietas.
Nam alter alterum inquirit cum quo ducere collo
aratra consueuit. & frequenti mugitu pium tes
tatur affectum si forte defecerit. Uacca
dicta quasi boacca. Est enim ex qualitate
mobilium nominum. sic leo leena. draco
dracena. Uitulus & uitula a uiriditate
uocati sunt. id est aetate uiridi sic uirgo.
Uitulam ergo paruam esse. & nondum enixam.
Nam enixa iuuenca est aut uacca. Bubali
uocati per dirivationem quod sint similes boum.

oSta adeo indomiti. ut p̄ feritate iugū ceruicib;
Vri. n̄ recipiant. Hos affrica pereat. Vri agrestes
unde dicant̄ boues sunt in germania. habentes cornua
in tantū p̄tensa ut regis mensis insigni
capacitate ex eis gerule fiant. Dicti uri
et unde apo to urion id ē a montibus. Camelis cau
Cameli sa nom̄ dedit. siue q̄d quando onerant̄
ut breuiores & humiles fiant accubant.
Quia greci cami humilē & breuē dicunt.
siue quia curuus ē dorso. Camur enī
uerbo greco curuū significat. Hos lic&
& aliæ regiones mittant. sed arabia plu
rimos. Differunt aūt sibi. Nam arabici
et unde bina tubera in dorso habent. Reliquarū
Dromeda. regionū singula. Dromeda genus camelorū
est. minoris quidē staturæ. sed uelociores.
Vnde & nom̄ habet. Nam dromus grece cur
sus & uelocitas appellatur. Centū & am
plius milia uno die pergere solet. Q̄d ani
et unde mal sic̄ bos & ouis & camelus ruminat.
Ruminatio Ruminatio aūt dicta ē. a rumina eminente
gutturis parte. p̄ quā dimissus cibus a certis
et unde reuocatur animalibus. Asinus & asellus a se
...inus dendo dictus. quasi adsedus. Sed hoc no
men q̄d magis equis c̄ueniebat ideo hoc
animal sumpsit. quia prius quā equos ca
perent homines huic p̄sidere ceperunt.
Animal quippe tardū & nulla ratione reni
tens. statim ut uoluit sibi homo substrauit.
et unde Onager. int̄p̄tatur asinus ferus. On quippe
Onager. greci asinū uocant. Agriam ferum. Hos
affrica habet magnos & indomitos & in
deserto uagantes. Singuli aūt feminarū
gregibus p̄sunt. Nascentibus masculis zelant.
& testiculos eorū morsu detruncant. Q̄d ca
uentes matres. eos in secretis locis occultant.
Asinos arcadicos dictos. eo q̄d ab arcadia p̄

mū uecti sunt magni & alti. Minor aūt asel
lus agro plus necessarius ē. quia & laborē
tolerat & neglegentia propemodū n̄ recu
Equi. sat. Equi dicti. eo q̄d quando quadrig[is] iun
gebant̄ equabant̄ pares formæ & similes
cursu copulabant̄. Caballus. antea cauo dic
tus. p̄p̄t q̄d gradiens ungula impressa ter
rā concauet. q̄d reliqua animalia n̄ habent.
Inde & sonipes. q̄d pedib; sonat. Viuacitas
equorū multa. Exultant enī in campis.
odorant̄ bellū. excitant̄ sono tubæ ad p̄liū
uoce accensi ad cursū p̄uocantur. Dolent
cū uicti fuerint. exultant cū uicerint. Qui
dā hostes in bello sentiunt. adeo ut aduer
sarios morsu petant. Aliqui & iā p̄prios
dominos recognoscunt obliti mansuetudi
nis si mutentur. Aliqui p̄ter dominū dor
so nullū recipiunt. Interfectis ut morientib;
dominis multi lacrimas fundunt. Solum
enī equum p̄p̄t hominē lacrimare & dolo
ris affectū sentire. Unde in centauris equo
& hominū natura p̄mixta ē. Solent & iā ex
equis ut mestitia ut alacritate euentū futu
rū dimicaturi colligere. Etas longeua
equis. persicis. hunicis. epirotis. ac siculis. in
annis ultra quinquaginta. Breuior aūt hispa
nis ac numidis & gallicis. frequens opinio ē
in generosis equis. ut aiunt ueteres quat
tuor expectant̄. Forma pulchritudo. me
ritū atq; color. forma ut sit ualidū cor
pus & solidū robori c̄ueniens altitudo.
Latus longū substrictus maximi & rotun
di clunes. pectus late patens. corpus om̄e
musculorū densitate nodosū. persicus & co
nu concauo solidatus. Pulchritudo. ut sit
exiguū caput & siccum. pellē prope ossib;
adherentes. aures breues & argutæ. oculi

magni. nares patulę. erecta ceruix. coma
densa. & cauda. ungularum soliditate fixa
rotunditas. Meritum. ut sit audax animo.
pedibus alacer. trementibus membris quod est for
titudinis indicium quoque ex summa quiete faci
le concitetur. ut excitata festinatione. non di
ficile teneatur. Motus autem equi in auribus
intellegitur. uirtus in membris trementibus. Co
lor hic precipue expectandus: badius. aureus.
roseus. mirteus. ceruinus. giluus. glaucus.
scutulatus. canus. candidus. albus. guttatus.
niger. Sequenti autem ordine. uarius ex nigro.
badioque distinctus. Reliquus uarius color.
ut cinereus deterrimus. Badium autem antiqui
uadium dicebant. quod inter cetera anima
lia fortius uadat. Ipse est & spadix
quem feniceum uocant. Hic dictus
spadix a colore palmę. quam sicu
li spadicam uocant. Glaucus uero est.
uelut pictos oculos habens: & quodam
splendore perfusos. nam glaucum ueteres di
cunt. Giluus autem melinus color est subalbidus.
Guttatus albus: nigris interuenientibus punc
tis. Candidus autem & albus: inuicem sibi dif
ferunt. Nam albus cum quodam pallore est.
Candidus uero. niueus & pura luce perfusus.
Canus dictus quia ex candido colore & ni
gro est. Scutulatus uocatus: propter orbes quas
habet candidos inter purpuras. Uarius quod
uias habeat oculorum inparium. Qui autem al
bos tantum pedes habent. petuli appellantur.
Qui frontem albam. calidi. Ceruinus est quem
uulgo guaranem dicunt. Item tranem idem uul
gus uocat. quod in modum crei sit coloris.
Roseus autem est. pressus in purpura. Dosina autem
dictus. quod sit color eius de asino. Idem &
murinus. Sunt autem hi de agresti genere
orti. quos equi feros dicimus. & propterea ad
urbanam dignitatem transire non possunt.
Mauron niger est. Nigrum enim greci mauron
uocant. Mannus uero equus breuior est.
quem uulgo brunnicum uocant. Ueredos
antiqui dixerunt. quod ueherent redas. id est du
cerent. uel quod uias publicas currant per quas
& redas ire solitum erat. Equorum tria sunt
genera. unum generosum prelis & oneribus aptum.
Alterum uulgare atque gregarium ad uehendum
non ad equitandum aptum. Tertium ex permixtione
diuersi generis ortum. Quod etiam dicitur bigene
rum. quia ex diuersis nascitur. ut mulus.
Mulus autem a greco tractum uocabulum habet.
Grecum est enim hoc. ut quod iugo pistorum subactus
tardas molendo ducat in girum molas.
Iudei asserunt quod Ana nepos Esau equa
rum greges ab asinis in deserto ipse fecerit
primus ascendi ut mulorum inde noua con
tra natura animalia nascerentur.
Onagros quoque ad hoc admissos esse ad asinas.
& ipsum istiusmodi repperisse concubitum ut
uelocissimi ex his asini nascerentur. Industria
quippe humana diuersum animal in coitu
coegit. Sicque adulterina commixtione genus
aliud repperit. sic & Iacob contra natu
ram colorum similitudines procurauit. Nam
tales fetus oues illius concipiebant. quales
umbras arietum desuper ascendentium in a
quarum speculo contemplabantur. Denique &
hoc ipsum in equarum gregibus fieri fertur.
ut generosos obiciant equos usibus concipientium
quo eorum similes concipere & creare possint.
Nam & columbarum dilectores: depictas ponunt
pulcherrimas columbas isdem locis quibus
ille uersantur. quo rapiente uisu similes ge
nerent. Inde est quod quędam grauidas mulieres

uident nullos intueri turpissimos anima
lium uultus: ut beeno beefalos & simios ne in
sibi occurrentes similes fetus pariant.
Hanc enim feminarum esse naturam ut quale as
pexerint siue mente ceperint in extremo
uoluptatis estu dum concipiunt talem & sobo
lem pereent. Etenim anima in usu uenerio
formas extrinsecus in ius transmittit eorumque
satiata typis rapit species eorum in propriam
qualitatem. In animantibus bigenera di
cuntur que ex diuersis nascuntur. Ut mulus
ex equa & asino. Burdo ex equo & asina.
Hibride ex apris & porcis. Titirus ex oue &
hyrco. Musmo ex capra & ariete. Est autem
dux gregis.

De bestiis. II.

Bestiarum uocabulum proprie conuenit leonib;
pardis tigribus lupis & uulpibus canibusque
& simiis & ceteris que uel ore uel unguib;
seuiunt exceptis serpentibus. Bestie dic
te a ui qua seuiunt. Fere appellate eo
quod naturali utantur libertate & desi
derio suo ferantur. Sunt enim libere eorum
uoluntates & huc atque illuc uagantur
& quo animus duxerit eo feruntur.
Leonis uocabulum ex greca origine inflex
um est in latinum. Grece enim leon uocatur
& est nomen notum quia ex parte corruptum.
Leena uero totum grecum est sic & dracena.
Ut autem leena lea dicatur usurpatum est a poe
tis. Leo autem grece latine rex interpretatur
eo quod princeps sit omnium bestiarum. Cuius
genus trifarium dicitur. Ex quibus breues
& iuba crispa inbelles sunt. longi & coma
simplici acres animos eorum frons & cau
da indicat. Virtus eorum in pectore. firmi
tas in capite. Septi a uenatoribus terram con
tuentur quo minus conspectis uenabulis
terreantur. Rotarum timent strepitus. sed ignes
magis. Cum dormierint uigilant oculis. Cum
ambulant cauda sua cooperiunt uestigia
sua ne eos uenator inueniat. Cum genuerint
catulum tribus diebus & tribus noctibus catu
lus dormire fertur. Tunc deinde patris
fremitu uel rugitu ueluti tremefactus cu
bilis locus suscitare dicitur catulum dormi
entem. Circa hominem leonum natura est ut
nisi lesi nequeant irasci. Patent enim eorum
misericordie exemplis assiduis. Prostratis
enim parcunt. Captiuos obuios repatriare per
mittunt. hominem non nisi in magna fame
interimunt. De quibus Lucretius. Seminaque
leonum. Tygris uocata propter uolucrem
fugam. Ita enim nominant perse
& medi sagittam. Est enim bestia
uariis distincta maculis. uir
tute & uelocitate mirabilis.
Ex cuius nomine flumen tygris appel
latur. quod is rapidissimus sit omnium
fluuiorum. Has magis hyrcania gignit.
Panter dictus siue quod omnium animalium
sit amicus excepto dracone. siue quia &
sui generis societate gaudet & ad eandem
similitudinem quicquid accipit reddit. Pan
enim grece omne dicitur. Bestia minutis or
biculis super picta ita ut oculatis ex fuluo
circulis nigra uel alba distinguatur uarie
tate. Hec semel omnino parturit. Cuius
cause ratio manifesta est. Nam cum in utero
matris coaluere catuli maturisque ad
nascendum uiribus pollent. oderunt tem
porum moras. Itaque oneratam fetibus uul
uam tamquam obstantem partui unguibus
lacerant. Effundit illa partum sed potius
dimittit dolore cogente. Ita postea

ruptis & cicatricosis sedibus genitale semen
infusum non erat acceptum sed irritum resi
liit. Nam plinius dicit animalia cum
acutis unguibus frequenter parere non pos
se. Uitiantur enim intrinsecus remouen
tibus catulis. Pardus secundum post pantherem
est genus. Uarium ac uelocissimum & praeceps
ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit.
Leo pardus ex adulterio leene & pardi
nascitur & tertiam originem efficit. Sicut &
plinius in naturali historia dicit leonem
cum parda aut pardum cum leena concumbere. ex
utroque coitu degeneres partus creari ut mu
lus & asinus. rinoceron a grecis uocatur. Lati
ne interpretatur in nare cornu. Idem & mo
noceron id est unicornus eo quod unum cornu
in media fronte habeat. pedum quattuor.
ita acutum & ualidum ut quicquid impetierit
aut uentilet aut perforet. Nam & cum ele
fantis saepe certamen habet & in uentre
uulneratum prosternet. Tante autem esse for
titudinis ut nulla uenantium uirtute
capiatur. Sed sicut asserunt qui naturas ani
malium scripserunt. uirgo puella proponitur.
que uenienti sinum aperit. in quo ille
omni ferocitate deposita caput ponit.
sicque soporatus uelut inermis capitur.
Elefantum greci a magnitudine corporis
uocatum putant. quod formam montis praeferant.
Grece enim mons defatio dicitur. Apud in
dos autem a uoce uarro uocatur. Unde &
uox eius uarritus. & dentes ebur. rostrum
autem proboscida dicitur. Quoniam illo pabulum ori
admouet. & est angui similis uallo munitur
eburno. Hos boues lucas dicebant abanti
quis romanis. Boues quia nullum animal
grandius uidebant. Lucas quia in lucania

illos primus pirrus in proelio obiecit romanis.
Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum
est. In eis enim persae & indi ligneis turribus col
locatis tamquam de muro iaculis dimicant.
Intellectu autem & memoria multa ingenti.
Gregatim incedunt. motu quo ualent salu
tant. murem fugiunt. auersi coeunt. Quando
autem parturiunt in aquis uel insulis dimit
tunt fetus propter dracones. quia inimici sunt
& ab eis implicati necantur. Biennio autem portant
fetus nec amplius quam semel gignunt. nec
plures sed tantum unum. Uiuunt annos trecen
tos. Apud solam affricam & indiam prius nas
cebantur. nunc sola eos india gignit. Griphes
uocatur. quod sit animal pinnatum & quadrupes.
Hoc genus ferarum in hiber boreis nascitur
montibus. Omni parte corporis leones sunt.
alis & facie aquilis similes. equis uehementer
infesti. Nam & homines uisos discerpunt.
Cameleon non habet unum colorem. sed diuersa est
uarietate conspersus ut pardus. Dictus autem
ita. Huius cameleontis corpusculum ad
colores quos uidet facillima conuersione
uariatur. quod aliorum animalium non est ita ad
conuersionem facilis corpulentia. Cameleo
pardus dictus. quod dum sit ut pardus albis
maculis super aspersus. collo equo similis.
pedibus bubulis. capite tamen camelo est similis.
hunc ethiopia gignit. Lincis dictus quia
in luporum genere numeratur. Bestia ma
culis terga distincta ut pardus. sed similis
lupo. Unde & ille lucos iste lincis. Cuius
urinam conuertere in duritiam praetiosi lapidis
dicit. qui ligurius appellatur. quod & ipsas
linces sentire hoc documento probatur. Nam
egestum liquorem arenis inquantum potue
runt contegunt. Inuidia quadam […] natu

re. ne talis egestio transeat in usum huma
num. Linces dicit plinius secundus extra unum
non mittere. Castores a castrando dicti sunt.
Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus
propter quod cum presenserint uenatorem ipsi
se castrant & morsibus uires suas ampu
tant. De quibus cicero in scauriana. Redi
munt se & a parte corporis propter quod max
ime expetuntur. Iuuenalis. qui se eunuchum
ipse facit cupiens euadere damno testi
culi. Ipsi sunt & febri. qui & iam pontificanes
uocantur. Ursus fertur dictus quod ore suo
formet fetus. quasi orsus. Nam tradunt
eos informes generare partus. & carnem
quandam nasci. Quam mater lambendo in
membra componit. Unde est illud. Sic for
mat lingua fetum cum protulit ursa. Sed
hoc inmaturitas partus facit. Denique tri
cesimo die genenerat. Unde uenit ut pre
cipitata fecunditas informes procreet.
Ursoque caput inualidum. uis maxima in brachiis
& lumbis. Unde interdum erecti insistunt.
Lupus greca diriuatione in linguam nostram
transfertur. Lupus enim illi liquos dicunt.
Liquos autem grece a moribus appellatur. quod
rabie rapacitatis queque inuenerit trucidet.
Alii lupos uocatos aiunt quasi leopos.
quod quasi leonis ita sit illi uirtus in pedibus.
Unde & quicquid pede presserit non uiuit. Ra
pax autem bestia & cruoris adpetens. De
quo rustici aiunt uocem hominem perdere
si eum lupus prior uiderit. Unde & subito
tacenti dicitur. Lupus in fabula. Certe si se
preuisum senserit deponit feritatis auda
tiam. Lupi toto anno non amplius quam duo
decim dies coeunt. famem diu portant.
& post longa ieiunia multum deuorant.
Lupos & ethiopia mittit ceruices iubatos. &
tanto uarios ut nullum colorem illis di
cant abesse. Canis nomen latinum grecam
aethimologiam habere uidetur. Grece enim
cenos dicitur. Licet eum quidam a canore latra
tus appellatum existiment. eo quod insonat.
Unde & canere. Nihil autem sagatius canibus.
Plus enim sensus ceteris animalibus habent.
Namque soli sua nomina recognoscunt. Domi
nos suos diligunt. dominorum tecta defen
dunt. pro dominis suis se morti obiciunt.
uoluntarie cum domino ad predam currunt.
corpus domini sui & iam mortuum non relin
quunt. Quorum postremo nature est extra
homines esse non posse. In canibus duo sunt.
aut fortitudo aut uelocitas. Catuli abu
siue dicuntur. quorumlibet bestiarum filii.
Nam proprie catuli canum sunt. per diminu
tionem dicti. Licisci autem dicuntur ut ait pli
nius. canes nati ex lupis & canibus. cum inter
se forte miscentur. Solent & indi femi
nas canes noctu in siluis alligatas ammit
ti ad tigres bestias. a quibus insiliri & nasci
ex eodem fetu canes adeo acerrimos & for
tes ut in conplexu leones prosternant. Vulpis
dicta. quasi uolupes. Est enim uolubilis pe
dibus. & numquam rectis itineribus sed tor
tuosis amfractibus currit. Fraudolentum
animal. insidiisque decipiens. Nam dum non
habuerit escam. fingit mortem. Sicque des
cendentes quasi ad cadauer aues rapit
& deuorat. Simie grecum est nomen id est pressis
naribus. Unde & simias dicimus. quod suppressis
naribus sint. & facie feda rugis turpiter
follicantibus. Licet capellarum sit pressum
habere nasum. Alii simias latino sermo
ne arbitrantur uocatos. eo quod multa ueri

similitudo [illegible] rationis humanę sentitur ·
Sed falsum ē · Hi elementorū sagaces ·
noua luna exultant · media & caua tristan
tur · Fetus quos amant · ante se gestant ·
nec leti circa matrē herent · Horū genera
quinq; st̄ · Exquib; circopiteci caudas habent ·
Symia enī cū cauda ē · quā quidā clurā uocant ·
Sed fingę · uillosę st̄ comis · mammis ꝓminen
tib; · dociles adferitatis obliuione · Kenoke
fali · & ipsi similes symiis · sed facie admodū
canis · Unde & nuncupati · Satiri · facie admo
dū grata · & gesticulatis motib; inquiete ·
Callitrices · toto penē aspectu a ceteris distant ·
Sunt enī infacię ꝓducta · barba & lata cau
da · Leontofonos · bestia modica · Exeo ita uo
cata · quia capta exuritur · cuiusq; cinere asper
sę carnes · & positę compita semitarū leo
nes necant · si quantulū cumq; exillis sump
serint · Strix · animal inaffrica erinatii si
mile · uocatū abstridore spinarū quas
tergo laxatas emittit · & canes uulnerat in
sequentes · Cudros bestiola exeo nuncu
pata · qđ inaquis uersetur · & maxime in
nilo · Quę si inuenerit dormientē crocodil
lū · uolutat se inlimū primū · & intrat ꝑ os
eius inuentrē · & carpit omīa interanea eī
& sic moritur · YCNNCOMON grece uoca
tus · eo qđ ore suo & salubria ciborū & uenenosa
ꝓdantur · Dequo dracontius ait · Predicit sullus
ion cuiuscumq; ueneni · Sullus aūt asetis est
nuncupatus · Hic & iā serpentes insequitur · Qui
cū aduersus aspidem pugnat · caudā erigit · Quā
aspis maxime incipit obseruare · quasi minan
tē · Adquā cū uim suā transfert · decepta cor
ripit · Musia appellatus · quod murib; infestus sit ·
Hunc uulgus captū a captura uocat · Alii dicunt
qđ cattat · idest uidet · Nam tanto acute cernit ·

ut fulgore luminis noctis tenebras superet ·
Unde & agreco uenit cattus · idē ingeniosus ·
ΑΝΟΤΟΙΚΑCΕΣΤΑΙ Furo a furuo dictus ·
Unde & fur · Tenebrosos enī & occultos cuniculos
effodit · & eicit predam quā inuenerit · Molo
qđ sit rotundissimo membro · uel qđ fauos petit
& assidue mella captet ·

## DE MINUTIS ANIMANTIBUS · III ·

Mus pusillum animal · grecū illi nomē est · Quic
quid uero exeo trahitur · latinū fit · Alii dicūt
mures · qđ exhumore terrę nascant · Nam mus ·
terra · Unde & humus · His inplenilunio iecur
crescit · Sic quedā maritima augent · quę rur
sus minuente · luna deficiunt · Sorex latine ·
eo qđ rodat & inmodū serrę ꝑcidat · Antiqui aūt
soricē sauricem dicebant · sic & clodum clau
dum · Mustela dicta · quasi mus longus · Nam
telum alongitudine dictum · Hec ingenio
subdola · indomib; ubi nutrit catulos suos
transfert mutatq; sedem · Serpentes & iam & mu
res ꝑsequitur · Duo aūt st̄ genera mustelarum ·
Alterum enī siluestre ē · distans magnitudinē ·
quē greci ictidas uocant · alterū indomibus
oberrans · Falso aūt opinantur · qui dicunt
mustelam · ore concipere · aure effundere · par
tum · Mus araneum · cuius morsu est insardinia ·
animal perexiguum · araneę forma · quę soli fugit
dicta · qđ diem fugiat · Inmetallis argentariis
plurima est · occultim reptans · & ꝑ inprudentiā
sup se dentib; pestem facit · Talpa dicta · qđ
sit damnata cecitate perpetua tenebris · Est
enī absq; oculis semꝑ · Terram fodit & humū
egerit · & radices subter frugibus comedet ·
quos greci affalata uocant · Glires dicti sunt ·
quia pingues eos efficit somnus · Nam glisci
dicimus crescere · Hieme enim tota dormiunt ·
& inmobiles quasi mortui iacent · tempore ·

estiuo reuiuiscunt. Grauium animal spinis co-
opertum. Quod exinde dicitur nominatum eo
quod subrigit se quando spinis suis clauditur.
quibus undique protectus est contra insidias. Nam
statim ut aliquid presenserit primum se subrigit
atque inglobum conuersus in sua se arma recol
ligit. Huius prudentia quedam est. Nam dum ab
sciderit uuam de uite. supinus sese uolutat
super eam & sic eam exhibet natis suis. Grillus no
men a sono uocis habet. Hic retro ambulat.
terram terebrat. strider noctibus. Uenatur autem
formica circum ligata capillo in cauerna eius
coniecta aflatu prius puluere ne se abscon
dat. ita formice conplexibus trahitur. Formica
dicta ab eo quod ferat micas farris. Cuius soller
tia multa. Prouidet enim in futurum & preparat aes
tate quod hieme comedat. In messe autem eligit
triticum. non tangit hordeum. Dum pluet ei
super frumentum totum eicit. Dicuntur in aethiopia
esse formice ad formam canis. que arenas aureas
pedibus eruunt. quas custodiunt ne quis auferat.
Captantesque ad necem persecuntur. Formicoleon
ob hoc uocatus. quia est uel formicarum leo. uel
certe formica pariter & leo. Est enim animal par
uum formicis satis infestum. Quod se in puluere
re abscondet & formicas frumenta gestantes
interficit. Proinde autem leo & formica uocatur.
quia aliis animalibus ut formica est. formicis
autem ut leo est.

E SER PEN TIBUS.

## DE SERPENTIBUS. IIII.

Anguis uocabulum omnium serpentium genus.
quod plicari & contorqui potest. Et inde anguis.
quod angulosus sit. & numquam rectus. Angues
autem apud gentiles per genius locorum erant habiti
semper. Unde persius. pinguedos angues pueri
sacer est locus. Colubrum ab eo dictum quod colat
umbras. uel quod in lubricos tractus flexibus sinu
osis labetur. Nam lubricum dicitur quic
quid labitur dum tenetur. Ut piscis ser
pens. Serpens autem nomen accepit quia occultis
accessibus serpit. Non enim apertis passibus sed
squamarum minutissimis nisibus repit. Illa autem
que quattuor pedibus nituntur sicut lacerti & stel
liones non serpentes sed reptilia nominantur. Serpen
tes autem reptilia sunt. quia uentre & pectore
reptant. Quorum tot uenena quot genera. tot
pernities quot species. tot dolores quot colores
habentur. Draco maior cunctorum serpen
tium siue omnium animantium super terram. Hunc
greci dracontam uocant. Unde & diriuatum est
in latinum ut draco diceretur. Qui sepe ab speluncis
cis abstractus fertur in aerem. concitaturque propter
eum aer. Est autem cristatus. ore paruo & artis per
quas trahat spiritum & linguam exerat. Uim autem
non in dentibus sed in cauda habet. & uerbere po
tius quam rictu nocet. Innoxius autem est a uenenis.
Sed ideo huic ad mortem faciendam uenena non esse
necessaria quia si quem ligarit occidit. A quo
nec elefans tutus est sui corporis magnitudine.
Nam circa semitas delitiscens per quas elefanti soliti
gradiuntur crura eorum nodis inligat ac suffocatos
perimit. Gignitur autem in aethiopia & india.
in ipso incendio iugi estus. Basiliscus grece
latine interpretatur regulus. eo quod rex serpen
tium sit. adeo ut eum uidentes fugiant. quia olfac
tu suo eos necat. Nam & hominem uel si aspiciat
interimit. Siquidem & eius aspectu nulla auis uo
lans inlesa transit. Sed quamuis procul sit eius ore
combusta deuoratur. A mustelis tamen uincitur.
quas illic homines inferunt cauernis in quibus
delitiscunt. Itaque eo uiso fugit. quem illa persequi
tur & occidit. Nihil enim parens ille rerum
sine remedio constituit. Est autem longitu
dine semipedalis albis maculis lineatus.

Reguli autem sic scorpiones arentia quaeque sectantur.
& postquam ad aquas ydrofobas & limfaticos
faciunt. Sibilus idem est qui & regulus. Sibi
lo enim occidit antequam mordeat uel exurat.
Vipera dicta quod ui pariat. Nam cum uenter
eius ad partum ingemuerit. catuli non expec
tantes maturam naturae solutionem. conrosis
eius lateribus ui erumpunt cum matris interi
tu. lucanus. Viperae coeunt abrupto corpo
re nodi. Fertur autem quod masculus ore in
serto uiperae semen expuat. illa aciem ex
uoluptate libidinis in rabiem uersa. caput
maris ore receptum praecidat. Ita fit ut parens
uterque pereat. Masculus dum coit. dum
parturit femina. Ex uipera autem fiunt
pastelli qui tiriaci uocantur agrestis. Aspis
uocata quod morsu uenena inmittit & asper
gat. Ios enim greci uenenum dicunt. Et in
de aspis quod morsu uenenato interimat.
Cuius diuersa genera & species & dispares
effectus ad nocendum. Fertur autem aspis
cum ceperit pati incantatorem qui eam quib
dam carminibus propriis euocat ut eam de
caverna producat. illa cum exire noluerit.
unam aurem in terram premit. alteram cauda obdu
rat. atque ita uoces illas magicas non audiens
non exit ad incantantem. Dipsa genus as
pidis qui latine situla dicitur. Quia quem
momorderit sitiperit. Ipnalis genus aspidis.
dicta quod somno necat. Hanc sibi cleo
patra adposuit. & ita more quasi somno
soluta est. Emorrois aspis nuncupatus quod
sanguinem sudat qui ab eo morsus fuerit ita
ut dissolutis uenis quicquid uitae est per sanguinem
euocet. Greci enim sanguis emath dicitur. Prester
aspis semper ore patenti & uaporanti currit.
Cuius poeta sic meminit. Oraque distendens aui

dus fumantia prester. Hic quem percusserit dis
tenditur. enormique corpulentia necatur. Extu
beratum enim putredo sequitur. Seps tabi
ficus aspis qui dum momorderit hominem
statim eum consummit. ita ut liquefiat totus in
ore serpentis. Cerastes serpens dictus eo
quod in capite cornua habet similia arietum.
Cerata enim greci cornua uocant. Sunt autem illi
quadrigemina cornicula. quorum ostantatione
ueluti esca inlice sollicitate animalia perimit.
Totum enim corpus teget arenis nec ullum indicium sui
praebet. nisi ex ea parte qua inuitatas aues uel ani
malia capiat. Est autem flexuosus plus quam
aliae serpentes ita ut spinam non habere uideatur.
Scitalis serpens uocata. quae tanta praefulget tergi
uarietate. ut notarum gratia aspicientes retardet.
Et quia reptando pigrior est. quos adsequi non ua
let miraculo sui stupentes capit. Tanti autem
feruoris est. ut & iam hiemis tempore exuvias
corporis feruentis exponat. De qua lucanus. &
scitalis sparsis & iam nunc sola pruinis exuvias
positura suas. Anfisibena dicta eo quod duo capita
habeat. Unum in loco suo. alterum in cauda.
currens ex utroque capite tractu corporis sircu
lato. Haec sola serpentium frigori se commit
tit. prima omnium procedens. De qua idem
lucanus. Et grauis in geminum uergens ca
put anfisibena. Cuius oculi lucent ueluti lu
cerne. Enidris colubra in aqua uiuens.
Greci enim aquam idros uocant. Ydros aquati
lis serpens a quo icti obturgescunt. Cuius qui
dam morbum boam dicunt. eo quod fimo bouis
remedietur. Idra draco multorum capitum
qualis fuit in lerna palude prouintiae arca
diae. Haec latine excedra dicitur. quod uno ceso
tria capita excrescebant. Sed hoc fabulosum
est. Nam constat idram locum fuisse euomentem

aquas uastantes uicinam ciuitatem. Inquo uno
meatu clauso multi erumpebant. Quod her
cules uidens loca ipsa exussit & sic aque clau
sit meatus. Nam ydra ab aqua est. Chelidro
serpens qui & cersidros quasi cerim. quia & in
aquis & interris moratur. Nam chyrson dicunt
greci terram. ydros aquam. Hic per quam labitur
terram fumare facit. quam sic macer discribit.
Seu tergu expirant spumantia uirus. seu terra
fumat qua teter labitur anguis. Et lucanus.
tractique uia fumanti chelidri. Semper autem directu
ambulat. Nam si torserit se dum currit. statim
crepat. Natrix serpens aquam ueneno
inficiens. Inquocumque enim fonte fuerit. eum uene
no inmiscet. De quo lucanus. Et natrix uiola
tor aque. Cencris serpens influosa. que
semper rectum iter efficit. De qua lucanus.
Et semper recto lapsurus limite cencris. Parias
serpens que semper incauda ambulat & sulcum
facere uidetur. De qua idem lucanus. Quo
contemptus iter cauda sulcare parias. Boas
anguis italie inmensa mole. Persequitur gre
ges armentorum & bubulas. & plurimos lacte
riguis se uberibus innectit & sugens interimit.
atque inde a boum depopulatione boas nomen
accepit. Iaculus serpens uolans. De quo lu
canus. Iaculique uolucres. Exiliunt enim in
arboribus. Et dum aliquod animal obuium fue
rit. iactant se super eum & perimunt. Unde & ia
culi dicti sunt. In arabia autem serpentes sunt cum
alis que syrene uocantur. que plus currunt ab
equis. sed & iam & uolare dicuntur. Quorum tantum
uirus est. ut morsum ante mors insequatur
quam dolor. Obites dicta. quod colorem
arene habet. De qua poeta. Quam paruis pic
tus maculis thebanus obites. Concolor exutis
atque indiscretus arenis; Admoditus seps exigua.

qui non solum corpus sed ossa ueneno consumit.
Cuius poeta sic meminit. Ossaque dissoluens
cum corpore tabificus seps. Dipsa serpens
tante exiguitatis fertur. ut cum calcatur non ui
deatur. Cuius uenenum ante extinguit quam sen
tiatur. Ut facies preuenta morte nec tristitiam in
duat morituri. De quo poeta. Signiferum iuue
nem tirreni sanguinis aulum torto apud retro
dipses calcata momordit. Vix dolor aut sensus
dentis fuit. Salpiga serpens est que non uidetur.
Cecula dicta propter quod parua sit & non habeat ocu
los. Centupeda a multitudine pedum dicta.
Lacertus reptile genus est. Vocatus ita quod bra
chia habeat. Genera lacertorum plura. ut
botrax. salamandria. saura. istilio. Botrata
dicta quod rane habeat faciem. Nam greci ranam
botratam uocant. Salamandria uocata.
quod contra incendia ualeat. Cuius inter omnia
uenenata uis maxima est. Cetera enim singulos
feriunt. Hec plurimos pariter interimit.
Nam si arbori inrepserit. omnia poma inficit ue
neno & eos qui ederint occidit. Qui & iam ut si in
puteo cadat. uis ueneni eius potantes inter
ficit. Ista contra incendia repugnans. ignes
sola animalium extinguit. Uiuit enim in mediis
flammis sine dolore & consumatione. & non so
lum quia non uritur. sed extinguit incendium.
Saura lacertus. qui quando senescit cecantur
oculi eius & intrat in foramen parietis aspici
entis contra orientem. & orto sole intendit & in
luminatur. Stellio de colore inditum no
men habet. Est enim terga pictus lucentibus
guttis in modum stellarum. De quo ouidius. Aptumque
colori nomen habet uariis stellatus corporis
guttis. Hic autem scorpionibus adeo contrarius
traditur. ut uiso eo pauorem his afferat & torpo
rem. Sunt & alia serpentium genera. ut admodi

r. elefantis. cam et draconte. postremo quantus
nominum mortuum numerus.
Omnes autem serpentes natura sua frigidae sunt.
nec percutiunt nisi quando calescunt. Nam quan
do sunt frigidae nullum tangunt. Unde et uenena
eorum plus die quam nocte nocent. Torpent
enim noctis algore. et merito. quia frigidae sunt noc
turno rore. Ipse enim adducunt uaporem cor
poris. Gelidae pestes et natura frigidae. Unde
et hieme in nodos torpent. aestate soluuntur. In
de est quod dum quicumque serpentium ueneno percutitur.
primum obstupescit. et postea ubi in illo calefactum
ipsum uirus exarserit statim hominem extinguit.
Venenum autem dictum. eo quod per uenas uegetatione
corporis aucta discurrit et animam exigit. Unde
non posse uenenum nocere nisi hominis tetigerit san
guinem. Lucanus: Noxia serpentum est admixtio san
guine pestis. Omne autem uenenum frigidum est.
et ideo anima quae ignea est. fugit uenenum frigidum.
In naturalibus bonis quae nobis et inrationalibus ani
mantibus uidemus esse communia uiuacitate qua
dam sensus serpens excellit. Unde et legitur in genesi.
Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus
terrae. Dicit autem plinius si creditur. quod serpentis
caput etiam si cum duobus euaserit digitis nihilomi
nus uiuit. Unde et totum corpus obicit pro capite
ferientibus. Anguibus uniuersis hebes uisus est. ra
ro in aduersum cernuntur. Nec frustra cum oculos non
in fronte habeat sed in temporibus. adeo ut citius
audiant quam aspiciant. Nullum autem animal in
tanta celeritate linguam mouet ut serpens. ad
eo ut triplicem linguam habere uideatur cum una
sit. Serpentum uda sunt corpora. adeo ut quacumque
eunt uiam humore designent. Vestigia serpentum
talia sunt. ut cum pedibus carere uideantur costis
tamen et squamarum nisibus reptant. quas a summo
gutture usque ad imum ilium parili modo dis

positas habent. Squamis enim quasi unguibus cos
tis quasi cruribus innituntur. Unde si in qualibet
corporis parte ab aluo usque ad caput ictu ali
quo conlidatur. debilis reddita cursum habere
non possit. Quia ubicumque ille ictus inciderit.
spinam soluit per quam costarum pedes et motus cor
poris agebant. Serpentes autem diu uiuere
dicuntur. adeo ut deposita ueteri tunica senec
tutem deponeret atque in iuuentam redire perhibeantur.
Tunicae serpentum exuuiae nuncupantur. eo quod his
quando senescunt sese exuunt. quibus exuti in
iuuentam redeunt. Dicuntur enim et exuuiae
et induuiae. quia exuuntur et induuntur. Pittago
ras dicit de medulla hominis mortui quae in spina
est serpentem creari. Quod etiam ouidius in metamor
foseorum libris commemorat dicens: Sunt qui cum
clauso putrefacta est spina sepulchro mutari
credant humanas angue medullas. Quod si cre
ditur. merito euenit ut sicut per serpentem mors ho
minis ita in hominis morte serpens. Fertur
autem quod serpens hominem nudum non sit ausus
contingere.

## DE UERMIBUS. V.

Vermis est animal quod plerumque de carne uel de
ligno uel de quacumque re terrena sine ullo concu
bitu gignitur. licet non numquam et de ouis nas
cantur sicut scorpio. Sunt autem uermes aut ter
rae aut aquae. aut aeris. aut carnium. aut fron
dium. aut lignorum. aut uestimentorum. Aranea
uermis aeris. ab aeris nutrimento cognomina
ta. quae exiguo corpore longa fila deducit.
et telae semper intenta numquam desinit laborare.
perpetuum sustinens in sua arte suspendium. San
guisuga uermis aquatilis dicta quod sanguinem
sugit. Potantibus enim insidiatur. Cumque inlabitur
faucibus uel ubi uspiam adheserit. sanguinem hau
rit. et cum nimio cruore maduerit. euomit quod

ausit ut recentiorē denuo fugat. Scorpio uer
mis terrenus: qui potius uermib; adscribitur
n̄ serpentib;. Animal armatū aculeo. & ex eo
greca uocatū qđ cauda figat & arcuato uul
nere uenena diffundat. Propriū ē aūt
scorpionis qđ manus palmā n̄ feriat. Cantari
da: uermis terrenus: qui ut humano corpori sta
tim fuerit applicitus: sui adustione uessicas
efficit plenas humore. Multipes: uermis
terrenus ex multitudine pedū uocatus: qui
contractus in globulū conplicatur. Nascitur
sub petris & humore & terra. Limax: uermis li
mi. dictus qđ in limo uel de limo nascatur.
Unde & sordida semp & inmunda habetur.
Bombocis: frondiū uermis: ex cuius textura bom
bocinū conficitur. Appellatus aūt hoc no
mine. ab eo qđ euacuatur dū fila generat
& aer solus in eo remaneat. Eruca: frondiū
uermis in olus uel pampino inuoluta ab
erodendo dicta. De qua meminit plautus:
imitatus nequā bestiā & maleficam inuolu
tā in pampino implicat se idem nec aduolat
ut lucusta ut huc illucq; discurrens semipasta
dimittat. sed pmanet perituris frugib; & tar
do lapsu pigrisq; morsib; uniuersa consumit.
Teredonas greci uocant lignorū uermes.
qđ terendo edant. Hos nos dicimus termi
tes. Ita eñi apud latinos ligni uermes uocant.
quos tempore inoportuno cęsę arbores
gignunt. Tinea: uestimentorū uermis: dic
ta qđ teneat & eo usq; insedeat quo erodat.
Unde & pertinax. qđ in eandē rem identidem
urgueat. Vermes carnium. emigrantum. lum
bricus: ascaridę. costi. pediculi. pulices.
lindex. tarmus. ricinus. usia. cimex. Simi
granius: uermis capitis uocatus. Lumbricus:
uermis intestinarū dictus. quasi lubricus
quia labitur. ut qđ in lumbis sint. Ascaridę
costi. peduculi. uermes cutis. a pedibus dicti
Unde & peduclosi dicunt. quib; peduculi in cor
pore eferuescunt. Pulices uero uocati sunt.
qđ ex puluere magis nutriant. Lindex tarmus
uermis est. Lardi ricinus uermis canis uocatus
eo qđ hęrit in auribus canum. Cenos eñi gre
ce canis est. Usia est. uermis porci appella
ta quia urit. Nam ubi momorderit. adeo
locus ardet ut ibi uesicę fiant. Cimex. de simi
litudine cuiusdā herbę uocatus cuius fęto
rem habet. Proprie aūt uermis in carne pu
tre nascitur. Tinea in uestimentis. eruca in ole
ra. teredo in ligno. tarmus in lardo. Vermis
n̄ ut serpens aptis passibus ut squamarū nisib;
repit. quia n̄ est illis pene rigor ut colubri.
sed in directū corpusculi sui partes gradatim
porrigendo contractus extrahendo porrectas
motū explicat sicq; agitatu plabitur.

## DE PISCIBUS. VI.

Pisces dicti unde & pecus. a pascendo scilicet.
Reptilia ideo dicunt hęc quę natant.
eo qđ reptandi habeant speciē & naturā.
quā uis se in pfundum inmergant. tamen
innatando repunt. Unde & dauid ait.
Hoc mare magnū & spatiosū illic reptilia
quorū n̄ est numerus. Anfibia sunt. quędā
genera piscium dicta eo qđ ambulandi in
terris usum & natandi in aquis officium ha
beant. Anfi eñi grece utrumq; dicitur.
Idest quia & in aquis & in terris uiuunt. ut
focę. crocodilli. Yppopotami. hoc ē equi flu
uiales. Pecorib; aūt & bestiis & uolatilib;
antea homines nomina inposuerunt quā
piscibus quia prius uisa & cognita sunt.
Piscium uero postea paulatim cognitis ge
neribus nomina instituta sunt aut ex simili

tudine terrestriū animaliū· aut ex specie
ppria siue moribus seu colore ut figura·
aut a sexu· Ex similitudine terrestriū ut rang
& uituli & leones & nigri meruli & paui di
uerso colore dorso & collo picti· & turdi al
bo uariи· & cetera quę sibi iuxta species ter
restrium animaliū nomina uindicauer̄·
Ex moribus terrestriū ut canes in maria terre
nis canibus nuncupati qđ mordeant· & lupi
qđ improba uoracitate alios psequantur· A co
lore· ut umbrę· quia colore umbrę sunt·
& auratę· quia in capite auri colorē habent·
& uarii· a uarietate quos uulgo tructas uo
cant· A figura ut orbis quia rotundus est·
totusq; in capite constat· ut solia qđ sit instar
calciamtorū· Solus a sexu· ut musculus qđ
sit ballenę masculus· Fus enī coitu concipere
hęc belua phibetur· Hinc & musculi conclea
rū· quorū lacte concipiunt ostreę· Ballenę
aūt sunt inmensę magnitudinis bestię· ab
emittendo & effundendo aquas uocatę·
Ceteris enī bestiis maris altius iaceunt undas·
Bali enī grece emittere dicitur· Cetę dicti
ΤΟ ΚΗΤΟC ΚΑΙ ΤΑ ΚΗΤΗ hoc est ab inma
nitate· Sunt enī ingentia genera beluarū
& equalium montium corpora· qualis cetus
excepit ionam· cuius aluus tantę magni
tudinis fuit ut instar optineret inferni·
Dicente ppheta· Exaudiuit me de uentre in
ferni· Equi marini qđ prima parte equi sunt
postrema soluunt̄ in piscem· Focas dicunt
ēē boues marinos· quasi boacas· Ceralei
a colore appellati· Nam ceruliū est uiride
cū nigro· ut est mare· Delfini certū habent
uocabulū· qđ uoces hominū sequant̄· uel
qđ ad simphoniā gregatim conueniunt·
Nihil in mari uelocius istis· nā plerūq; salientes

naues transuolant· Quando aūt pludunt
in fluctibus & undarū se molibus saltu ici
piti fierint· tempestates significare uident̄·
Hi pprię simones nominant̄· Est & delfinū
genus in nilo· dorso serrato· qui crocodillos
tenera uentriū secantes interimunt· Porci
marini qui uulgo uocant̄ suilli· quia dum
escam querunt more sui terrā sub aquis fo
diunt· Circa guttur enī habent oris offitiū·
& nisi rostrum arenis inmergant pastum non
colligunt· Corui a cordis uoce dicti· quia
grunniunt pectore· suaq; uoce pditi capi
unt̄· Tinni grecū nomē habent· Hi ingredi
unt̄ ueris tempore intrant dextro latere·
leuo exeunt· Hoc inde credunt̄ qđ dex
tris oculis acutius uideant quā sinistris·
Clauchus dicit̄· eo qđ rostro transmuerinatu
sit· Ob hoc naues p fossas mergit· Serra nun
cupata quia serratam cristam habet· & sub
ter natans nauem secat· Scorpio dictus quia
ledet dū manu tollitur· Tradunt decē cancris
cū ocimi manipulo alligatis· om̄s qui ibi st̄
scorpiones ad eū locū congregari· Aranea ge
nus piscis· Dictus qđ aure feriat· Habet enī
stimulos e quibus pcutit· Crocodillus a cro
ceo colore dictus· Gignitur in nilo· Animal
quadrupes· in terra & in aquis ualens· Lon
gitudine plerumq; uiginti cubitorum·
Dentium & unguiū inmanitate armatum·
Tantaq; cutis duritia· ut quāuis fortiū ictus
lapidū tergo repcussus n̄ sentiat· Nocte in
aquis· die humi quiescit· Oua in terra fouet·
Masculus & femina uices seruant· Hunc pis
ces quidā serratas habentes cristam tenera
uentriū desecantes interimunt· Solus ex ani
malibus superiorē maxillā mouere dicit̄·
Ippopotamus uocatus· qđ sit equo similis·

dorso iuba & innitu rostro resupinato · aprinis
dentib; cauda tortuosa · de inaquis eo
morat̃ · nocte segetes depascit̃ · & hunc ni
lus gignit · Pagrum · quẽ greci fagrũ ideo
nuncupant q̄d duros dentes habet · ita
ut ostreis inmari alatur · Dentix · p multitu
dine & granditate dentiũ dictus · Lepus asimi
litudine capitis nuncupatus · Lupum ut dic
tũ est auiditas appellauit · Piscem incaptura ·
ingeniosum · Denique rete circũdatus fertur
arenas arare cauda · atq; ita conditus tran
sire rete · Mullus uocat̃ · q̄d mollis sit atq;
tenerrimus · Cuius cibo tradunt libidinẽ in
hiberi · oculorũ autẽ aciem ebetari · Homines
uero quib; sepe pastus est pisce emollent ·
Mullus inuino necat̃ · hi qui inde biberint
tediũ uini habent · Mugilis · nom̄ habet q̄d
sit multũ agilis · Nam dispositas ubi senserit
piscatorũ insidias · confestim retrorsũ rediens
ita transsilit rete ut uolare piscem uideas ·
Melanurus · eo q̄d nigram caudã habeat & pin
nas nigras · & incorpore lineas nigras · Melan
enĩ greci nigrum uocant · Glaucus acolore dic
tus q̄d albus sit · Greci enĩ album glaucon
dicunt · Hic estate raro apparet · nisi tantum
innubilo · Timallus ex flore nom̄ accepit · Timũ
quipppe flos appellatur · Nam dum sit spetie
gratus & sapore iocundus · tam sic̃ flagrat &
corpore odores aspirat · Escaurus dictus · eo
q̄d solus escã ruminare p hibetur · Denique alii
pisces n̄ruminant · Tradunt autẽ hunc ingenio
sum esse · Namq; inclusũ nassis n̄fronte erum
pere nec infestis uiminib; caput inserere ·
sed aduersũ caude ictib; crebris laxare fores ·
atq; ita retrorsum redire · Quẽ luctatũ eius
si forte alius escaurus extrinsecus uideat · ad
p hensa mordicus cauda adiuuare nisus erum
pentis · Sparrus · alancea missile nom̄ traxit q̄d
eius figure sit · Terrestria enĩ prius inuenta
sunt quã marina · Nam sparrus est telum
rusticanũ misile · abspargendo dictũ · Austra
lis piscis · siue quia aquariũ undã ore suscepit
siue quia tunc his piscis oritur quo tempo
re tendere inoccasum pliades ceperint · Ami
saxatilis dextera sinistraq; lateribus uirgulis
puniceis p petuis aliisq; discolorib; designat̃
Dictus amio · quia n̄capitur nisi amo · Hec
enais paruus ac semi pedalis pisciculus · nom̄
sumpsit q̄d nauem adherendo retineat ·
Ruant licet uenti · licet seuiant p cellae · na
uis tam̃ quasi radicata inmari stare uidet̃ ·
nec moueri · Non retinendo · sed tantũmodo
adherendo · Hunc latini morã appellauer̃ ·
eo q̄d cogat stare nauigia · Uranuscopus uoca
tur · ab oculo quẽ incapite habet · a quo semp
supra intendit · Millago nominatus · quia uo
lat sup aquã · Quotiens autẽ cernitur sup aquã
uolitans · tempestates mutari · Squatus dictus
q̄d squamis sit acutus · Unde & eius cute lig
nũ politur · Ciuitas sirie que nunc tirus
dicitur · olim surra uocabat̃ apisce quodã
qui illic habundat · quẽ lingua sua sar ap
pellant · ex quo diriuatũ est · Huius similitu
dines pisciculos sardas sardinasq; uocari ·
Allec pisciculus adliquore salsamentorũ idoneus
Unde & nuncupatus · Aforus pisciculus · qui
p pter exiguitatẽ amo capi n̄potest · Anguille
similitudo anguis nom̄ dedit · Origo huius
ex limo · Unde & quando capitur adeo lenis
est · ut quanto p̄sseris fortius tanto citius ela
bitur · Ferunt autẽ orientis fluuiũ gangen
anguillas tricenis pedibus gignere · Anguille
uino necate · qui ex eo biberint tedium uini
habent · Draco marinus · aculeos inbrancos

habet ad caudā spectantes · qui dum percusserit
quaqua fuerit · uenenū infundit · Unde & uo
catus. Murenā greci mirmā uocant · eo qđ
conplicet se incirculos · Hunc feminini tantū
sexus esse tradunt · & concipere a serpente ·
bidá piscatoribus · tamquā serpente sybilo
euocat̄ & capitur · Ictu aūt fustis difficulter
interimitur · ferule p̄timus · Animā incauda
habere certū ē · Nam capite percusso · uix
eam interimi · Cauda statim exanimari · Con
grus polippus · idest multipes · plurimos enī
nexos habet · Iste ingeniosus · amum appetens
brachiis complectit non morsu · Nec prius di
mittit quā escā circum roserit · Turpede uo
cata · eo qđ corpus torpescere faciat si eam
quisq; uiuentem tangat · Narrat plenius secun
dus · ex indico mare turpedo & iam procul &
de longinquo · uel si asta uirgaq; attingatur
quāuis p̄ualidos lacertos torpescere · quam
libet ad cursū ueloces alligare pedes · Tan
ta enī uis eius · ut & iam uara corporis sui
afflat membra · Sepia dicitur · quia sepibus
inclusa facilius capitur · In coeundo obscenū
genus · Ore enī concipit sic & uipera · Cuius atra
mti tanta uis est · ut lucerne adiutum ethio
pas uideri ablato priori lumine quidā tradunt ·
Lulligo · tradunt in oceano mauritanie n̄ procul
a lixo flumine tanta multitudine lulliginū
euolari ex aqua · ut & iam naues demergere
possint · Coce & concle hac ex causa uoca
te · quia defitiente luna cauantur idest
euacuantur · Omnium enī clausorū maris
animaliū atq; concarum · incremento lu
ne membra turgescunt defectu euacuant̄ ·
Luna enī cū inaugumento fuerit · auget humo
rē · Cum uero in defectū uenerit · humores
minuunt̄ · Hoc enī fisici dicunt · Conce aūt

prime positionis nomen · Concle uero p̄ dimi
nutionē · quasi concule · Concarū multa gene
ra sunt · Int̄ quas & margariti fere · que ocelos
dicunt̄ · in quarū carne p̄ciosus calculus solidat̄ ·
De quib; tradunt hi qui de animantiū scripsere
naturis · eo qđ nocturno tempore · litora appe
tunt & ex celesti rore magaritum concipiunt ·
Unde & ocelos nominant̄ · Murice · conclea est
maris · Dicta ab acumine & asperitate · Que alio
nomine concliū nominat̄ · Propter qđ circū
cisa ferro · lacrimas purpurei coloris emittat ·
ex quib; purpura tinguit̄ & inde ostrum ap
pellatū qđ hec tinctura ex teste humore elici
tur · Cancros uocari · quia conce sint crura
habentes · Inimica ostreis animalia · Corū enī
carnibus uiuunt miro ingenio · Nam quia ua
lidā testā eius aperire n̄ potest · explorat
quando ostrea claustra testarū aperiat · Tunc
cancer latenter lapillū mitit · atq; inpedita
conclusione ostree carnes erodet · Tradunt
quidā decem cancris cū ocimi manipulo al
ligatis · omnes qui ibi sunt scorpiones ad eū
locū cotturos · Duo sunt aūt genera cancro
rū · fluuiatiles & marini · Ostrea dicta est
a testa quibus mollities interior carnis mu
nitur · Greci enī testrum ostreā uocant ·
Ostrea aūt neutrū · carnes eius feminino di
cunt̄ genere · Musculi sunt ut p̄diximus
concle · que lacte concipiunt ostree ·
Et dicti musculi · quasi masculi · Pelorides · a pe
loro p̄muntorio sicilie ubi habundant
cognominate sunt · Ecce aūt boreas an
gusta abscede pelori · Ungues a similitu
dine humanarū unguiū dicta est · Testu
do dictus eo qđ gemmine teste sit adop
tus in camere modū · Sunt aūt quattuor
genera · Terrestres · marinę · lutarie · idē

in ceno & p aludib' uiuentes· Quartū genus
fluuiatiles· quę in dulci aqua uiuunt· Tradunt
aliqui qđ incredibile est· tardius ire nauigia
testudinis· pedū dextrū uehentia· Icinus·
a terrestri icino nomē traxit· quē uul
gus iricium uocat· Huius testula dup
plex· spinis aculeata· in modū castanearū
quando adhuc oportet de arborib· ca
dunt· Caro eius mollis ē· minio similis·
Uris· tribus modis dicit· ut testudo· ape
loris· & ēcilia· Nam & qđ edimus & ubi
caro inest· & utrumq· dicit pelorus·
Rana a garrulitate uocata est· eo qđ
circa genitales strepescit paludes· & so
nos uocis importunis clamorib· reddat·
Exhis quędā aquaticę dicunt· q̄dā pa
lustres· quędā rubetę· ob id quia in ue
prib' uiuunt grandiores cunctarum·
Alię calamites uocant· qm̄ int harundi
nes fructicesq· uiuunt· minimę omniū
& uiridissimę· mutę & sine uoce sunt·
Agredulę ranę paruę in sicco t agris
DE AVIBVS
morantes· Unde & nuncupata ē· Negant
quidā canes latrare quib· in offa rana uiua
data fuerit· Fungia a fingere· idē niti
dare dicta· Affranius accedo ad te ut
ubi ceruicē fingam lintheo idē exter
gam ucero· & fungebat fungeis san
guis idē extergebat· Animal aūt eē
docet cruore inherentē petris· Unde & dū
absciditur· sanguinē remittit· Nam alia
sunt uiuentia in aquis· & discurrunt ut pisces·
Alia quę stant fixa· ut ostreę· unis fungię·
Exhis alias mares dici eo qđ tenui sint fistu
la spissioresq· Alias feminas· quia maiorib'
fistulis sunt ac ꝑpetuis· Alias duriores· quas
greci appellant tragos· & nos hircosas dice
re possumus ob asperitatē sui· Mollissimū
genus earū penicilli uocant· eo qđ aptę sint
ad oculorū humores· & ad extergendas lippitu
dines utiles· Candidę fungię cura fiunt·
Per estatē enī & ad solē sternunt· & sic certa pu
nica candorē bibunt· Animaliū omniū in
aquis uiuentiū nomina centū quadraginta
quattuor plinius ait· diuisa in generib· be
luarū· serpentiū cōmuniū terrę & aquę·
cancrorū· concarū· lucustarū· peloridū· poli
parū· solearū· lacertorū· ut luligo & huic si
milia· Exquib' multa quodā naturę intelle
tu ordine temporū suorū agnoscunt· quędā
uero in suis locis sine mutatione uagantur·
In piscib' aūt feminis· alię cōmixtione mas
culi concipiunt & pariunt catulos· alię po
nunt oua sine masculi susceptione concepta
quę idem insequens sui seminis iactu ꝑfun
dunt· & quę hoc munere fuerint afflata
generabilia fiunt· Quę uero ꝑfusa non fuerint
sterelia ꝑseuerant aut putrescunt·

DE AVIBVS· VII·

Unum nomē auium· sed genus diuersum·
Nam sic species ibi differunt· ita & natura
diuersitate· Nam alię simplices sunt ut co
lumbę· alię astutę ut ꝑdix· alię ad manum
se subiciunt ut accipiter· alię reformidant
ut garamantes· alię hominū cuersatione de
lectantur ut hirundo· alię in desertis secreta
diligunt ut turtur· alię sonos eminere pe
toto pascuntur ut anser· alię carnes edunt
& rapinis intendunt ut miluus· alię incurię
quę manent in locis semꝑ ut strutio· alię
aduenticię· quę ꝓpriis temporib· reuertunt
ut ciconię & hirundines· alię congregę· idē
gregatim uolantes ut sturni & coturnices·
alię soliuagę idē solitarię· ꝓpter insidias

dep̄dandi ut aquila· accipiter· & quęcūq; ita
sunt· alię uocibus strepunt ut hyrundo· alię
cantus edunt dulcissimos· ut cignus & merula·
alię uerba & uoces hominum imitantur· ut
psitacus & pica· Sed & alia sicut genere· ita
& moribus innumerabilia· Nam uolucrū quot
genera sint· inueniri quęquā n̄ posse· Neq;
enī omnes indię & ethiopię aut scotię de
serta quis penetrare potuit· qui earū genus
uel differentias nosset· Aues dictę· eo q̄d
uias certas n̄ habeant· sed p̄ auia queq; dis
currant· alites q̄d alis alta intendant· &
ad sublimia remigio alarū conscendant·
Uolucres a uolitando· Nam unde uolare·
unde & ambulare dicimus· Uola enī dicitur
media pars pedis siue manus· & in auibus
uola pars media alarū· quarū motu pin
nę agitant. Omniū autem auium nati· sed & anima
liū quadrupediū nati pulli dicunt̄· & ho
mo paruus pullus· Recentes nati pulli· eo
q̄d polluti sunt· Unde & uestis nigra pulla
dicta est· Alę sunt· in quib; pinnę p̄ ordinē
fixę uolandi exhibent usum· Uocatę aut̄
alę· q̄d his aues complexos alant pullos
ac foueant· Penna a pendendo idest uo
lando dicta· Unde & pendere· Uolucres enī
pennarū auxilio mouentur quando se aeri
mandant· Pluma· quasi piluma· Nam sic pili
in quadrupediū corpore· ita pluma in auibus·
Auium nomina multa a sono uocis constat
ę composita· ut grus· coruus· cignus· pauo·
miluus· ulula· cuculus· graculus & cetera·
Uarietas enī uocis eorū docuit homines q̄d
nominarent̄. Aquila ab acumine oculorū
uocata· Tanti enī contuitus eē dicit̄· ut cū
sup̄ maria inmobili penna feratur nec
humanis pateat obtutibus· de tanta sublimi
tate pisciculos natare uideat· ac tormenti
instar descendens raptā predam pennis ad
litus p̄trahat· Nam & contra radiū solis
fertur obtutum n̄ flectere· Unde & pullos
suos ungue suspensos radiis solis obicit· &
quos uiderit inmobile tenere aciem ut
dignos genere conseruat· si quos uero in
flectere obtutum· quasi degeneres abicit·
Vultur a uolatu tardo nominata putatur·
Magnitudine quippe corporis· perpetes
uolatus n̄ habet· Harum quidā dicunt
concubitu non misceri & sine copula
concipere & generare· Natosq; earū pene
usq; ad centū annos p̄cedere· Uultures aūt
sic & aquilę & iam ultra maria cadauera sen
tiunt· Altius quippe uolantes multa quę
montiū obscuritate celantur ex alto ille
conspiciunt· Eradies· apud grecos uocat̄
grauis· apud nos tarda· eo q̄d graui uolatu
detenta nequā ut cetere uolucres attollitur
uelocitate pinnarū· Grues· nom̄ de p̄pria
uoce sumpserunt· Tali enī sono susurrunt·
Hę aūt dū p̄perant· unā secuntur ordine lit
teratio· De quib; lucanus· Et turbata perit
dispersis littera pinnis· Excelsa aūt petunt·
quo facilius uideant quas petant terras·
Castigat aūt uoce quę cogit agmen· At ubi
raucescit· succedit alia· Noctu aūt excubias
diuidunt· & ordinē uigiliarū p̄ uices faciunt·
tenentes lapillos suspensis digitis quib; som
nū arguant· Q̄d cauendū erit· clamor
indicat· Etatem in illis color prodit· Nam
senectute nigrescunt· Ciconię uocatę
a sono quo crepitant· quasi cicanię· Quem
sonū oris potius esse quā uocis· quia eum
quatiente rostro faciunt· Hę ueris nuntię
societatis comites· serpentiū hostes· Maria trans

uolant in asiam. collecto agmine pergunt. Cornices duces eas precedunt. & ipse quasi exercitus prosecuntur. Eximia illis circa filios pietas. Nam adeo nidos inpensius fouent. ut assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus inpenderint in fetibus edocandis. tantum & ipse inuicem a pullis suis aluntur.

De Olore

Olor auis est. quem greci cignum appellant. Olor autem dictus. quod sit totus plumis albus. nullus enim meminit cignum nigrum. Olo enim grece totum dicitur. Cignus autem a canendo est appellatus. eo quod carminis dulcedinem modolatis uocibus fundat. Ideo autem suauiter eum canere. quia collum longum & inflexum habet. & necesse est ut eructantem uocem per longum & flexuosum iter uarias reddere modulationes. Ferunt in iperboreis partibus precinentibus citharedis olores plurimos aduolare. apteque admodum concinere. Olores autem latinum nomen est. Nam grece cigni dicuntur. Naute uero sibi hunc bonam prognosim facere dicunt. Sicut emilius dicit. Cignus in auspitio semper letissimus ales. Hunc optant naute. quia se non mergit in undas.

De Strutione

Strutio greco nomine dicitur. Quod animal in similitudine auis pinnas habere uidetur. tamen de terra altius non eleuatur. Oua sua fouere neglegit. sed proiecta tantummodo fotu pulueris animantur.

De Ardea

Ardea uocata quasi ardua. id est propter altos uolatus. Lucanus quoque ausa uolare ardea. Formidat enim imbres & super nubes euolat. ut procellas nubium sentire non possit. Cum autem altius uolauerit. significat tempestatem. Hanc multi tantalum nominant.

De Fenice

Fenix arabie auis dicta quod colorem feniceum habeat. uel quod sit in toto orbe singularis & unica. Nam arabes singularem fenicem uocant. Hec quingentis & ultra annis uiuens dum se uiderit senuisse. collectis aromatum uirgulis rogum sibi instruit. & conuersa ad radium solis alarum plausu uoluntarium sibi incendium nutrit. sicque iterum de cineribus suis resurgit.

Cinomulgus & ipsa arabie auis Proinde ita uocata. quod in excelsis nemoribus texit nidos ex fructibus cinnami. Quem quoniam non possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem & fragilitatem. eos ocius nidos plumbatis appetunt iaculis ac sic cinnama illa deponunt & preciis amplioribus uendunt. eo quod hoc cinnamum magis quam alium mercatores probent.

De Psitacho

Psitacus indie litoribus gignitur. Colore uiridi torque puniceo. grandi lingua & ceteris auibus latiori. Vnde & articulata uerba exprimit. ita ut si eam non uideris hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens aue uel Khere. Cetera nomina institutione discit. Hinc est illud. Psitacus a uobis aliorum nomina discam. Hoc didici per me dicere. cesar aue.

Alcion pelagi uolucris dicta. quasi alesceanea eo quod hyeme in stagnis oceani nidos faciat pullosque educit. Qua excubante fertur extento equore pelago silentibus uentis continua septem dierum tranquillitatem mitescere. & eius fetibus edocandis obsequium ipsam rerum naturam premere.

De Pellicano

Pellicanus auis egiptia habitans in solitudine nili fluminis. Vnde & nomen sumpsit. Nam canopos egiptus dicitur. Fertur si uerum sit eam occidere natos suos. eosque per triduum lugere. Deinde se ipsam uulnerare & aspersione sui sanguinis uiuificare filios.

Stronfalide aues ab stronfalidibus insulis appellate ubi plurimum habundant. Aduersus quas hercules sagittis est usus. Sunt enim pelagi uolucres.

insulis habitantes. Diomedias aves. a socijs diomedis appellatas. quos ferunt fabulę in easdē volucres fuisse conversos. Forma fulicę similes. magnitudine cignorū. colore candido. duris & grandibus rostris. Sunt autē circa apuliam in insula diomedia. inter scopulos litorū & saxa volitantes. iudicant inter suos & advenas. Nam si grecus ē. propius accedunt & blandius. Si alienigena. morsu inpugnant & vulnerant. Lacrimosis quasi vocibus dolentes. vel suā mutationē vel regis interitū. Nam diomedes ab illiris interemptus ē. Hę autē aves latine diomedię vocant. greci eas erodios dicunt. Memnonides. aves egiptię. appellatę a loco ubi memnon perijt. nam catervatim advolare dicunt ex egipto ad iliū iuxta memnon. Isto autē anno ad ilium veniunt. & cū biduo circum volaverint. tertia die ineuntes pugnā in cessione se unguibus rostrisq; dilacerant. Hercinię aves. dictę ab hercinio saltu germanię ubi nascuntur. Quarū pinnę adeo per obscurū emicant. ut quāvis nox obtenta densis tenebris sit. ad p̄sidiū itineris dirigendi p̄iectę interluceant. cursusq; iter pateat indicio plurimarū fulgentiū. Onocrotalon greci vocant. rostro longo. Quorū duo genera sunt. Aliud aquatile. aliud solitudinis. Ibis avis nili fluminis. quę & ipsa purgat rostro anum aquā fundens. Hec serpentinū ova vescitur gratissimāq; ex eis escā nidis suis deportans. Meropes eosdemq; & gaulos. qui parentes suos recondere atq; alere dicunt. Coredulos genus volatile. quasi corędes. Monedula avis. quasi monetula. Quę cū aurū invenerit. aufert & occultat. Cicero p̄ valerio flacco.

Non plus aurū tibi quā monedulę committendū. Vespertilio. p̄ tempore nomen accepit. eo qd lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolet. Precipiti motu acta. & tenuissimis brachiorū membranis suspensa. Animal murium simile. non tam voce resonans quā stridore. Specie quoq; volatilis simul & quadrupes. qd in alijs avibus reperiri n̄ solet. Luscinia avis inde nomen sumpsit. quia cantu suo significare solet diē surgentis exortum. quasi lucinia. Eadem & acredula cantus. Ulula avis. ΑΠΟΤΟΙΟΛΑΥΖΙΝ idest planctu & luctu nominata. Cum enī clamat. fletum imitat' aut gemitum. Unde apud augures si lamtatur tristitiā. Tacens ostendere fertur p̄speritatē. Bubo a sono vocis conpositum nomē habet. Avis feralis. onusta quidē plumis. sed gravi semp̄ detenta pigritię. In sepulchris die noctuq; versat'. & semper cōmorāns in cavernis. De qua ovidius. Fedaq; fit volucres venturi nuntia luctus. ignavus bubo dirū mortalibus omen. Denique apud augures malū portendere fertur. Nam cū in urbe visa fuerit solitudinē significari dicunt. Noctua dicit'. p̄ eo qd nocte circūvolat & p̄ diem n̄ possit videre. Nam exorto splendore solis. visus illius hebetatur. Hanc autē insula cretensis n̄ habet. & si venerit aliunde statim moritur. Noctua autē n̄ est bubo. nā bubo maior ē. Nocticorax ipsa est noctua quia noctē amat. Est enī lucifuga avis. & solem videre n̄ patitur. Strix. nocturna avis habens nomē de sono vocis. Quando enī clamat. stridet. De qua lucan'. Quod trepidus bubo. qd strix nocturna

Vocēs et matutinos co cet. acredula cantus.

querunt̄· Hec auis uulgo dicit̄ am
ma· ab amando paruulos· Unde & lac p̄be
re fertur nascentibus· Corinus siue corax· no
men a sono gutturis habet q̄d uoce coracinet·
Fertur hec auis q̄d editis pullis escam plene
n̄ p̄beat priusquā in eis ꝑpinnarū nigredinē
proprii coloris agnoscat· Postquā uero eos
tetros plumis aspexerit· in toto agnitos ha
bundantius pascit· Hic prior in cadaueribus
oculorū petit loca· Cornix annosa auis·
apud latinos greco nomine appellatur·
Quā aiunt augures hominū curas significa
tionibus agere· insidiarum uias monstrare·
futura p̄dicere· Magnū nefas hec credere·
ut d̄s consilia sua cornicibus mandet· Huius
int̄ multa auspitia tribuunt & iā pluuias
portendere uocibus· Unde est illud· Tunc
cornix plena pluuia uocat inproba uoce·
Gragulos a garrulitate nuncupatos· n̄ ut
quidā uolunt pro eo q̄d gregatim uolent·
cū sit manifestum ex uoce eos nūcupari·
Est enī loquacissimū genus· & uocibus inpor
tunū· Pice quasi poetrice· q̄d uerba
in discrimine uocis exprimant ut homo·
Per ramos enī arborū pendule· inpor
tuna garrulitate sonantes· Et si lin
guas in sermone nequeunt explicare· so
nū tamen humane uocis imitantur· De
qua congrue quidā ait· Pica loquax·
certū dn̄m te uoce saluto· si me n̄ uideas
esse negabis auem· Picus a pico satur
ni filio nomen sumpsit· eo q̄d in auspitiis
utebatur· Nam ferunt hanc auem quid
dā habere diuinū· illo inditio q̄d in quacūq;
arbore nidificauerit clauum uel quicq̄d
aliud fixum diu herere n̄ potest statim ex
cidat ubi ea insederit· Iste ē picus marcius·

Nam alia ē· Pauo· nom̄ de sono uocis ha
bet· Cuius caro tam dura est· ut putredine
uix sentiat· nec facile coquatur· De quo
quidā sic ait· Miraris quotiens gemmantes
explicat alas· Si potes hunc seuo tradere
iure coco· Fasianus a fasi de insula grecie
unde primū adportatus ē appellatus· Testatur
hic uetus dicti con illud· Arguia primo sum
transportata carina· ante mihi notū nil nisi
fasis erat· Gallus a castratione uocatus·
Inter ceteras enī aues huic soli testiculi adi
muntur· Veteres enī abscisos gallos uocabant
Sic aut̄ a leone leena & dracone dracena· ita
a gallo gallina· Cuius membra ut ferunt
quidā si auro liquescenti misceant̄ consumit
Anas ab assiduitate natandi aptū nom̄ accepit
Ex quo genere quidā germane dicuntur
q̄d plus ceteris nutriant· Anseris anas
nom̄ dedit ꝑ diriuationē· uel a similitudi
ne· uel q̄d ipse locandi frequentiā habeat
Iste uigilias noctis assiduitate clamoris testa
tur· Nullū aut̄ animal ita odorē hominis
sentit ut anser· Unde & clangore eius gallorum
ascensus in capitolio dephensus ē· Fulica
dicta q̄d caro eius leporinā sapiat· Lagos
enī lepus dicit̄· Unde & apud grecos lagois
uocat̄· Est aut̄ auis stagnensis· habens nidū
in medio aque uel in petris quas aqua cir
cumdat· maritimoq; semp̄ delectat̄ ꝑfun
do· Que dum tempestatem ꝑsenserit·
fugiens in uado ludit· Mergus ab assidui
tate mergendi nom̄ hoc hesit· Sepe aut̄
dimisso in p̄fundū capite· aurarū signa
subfluctibus colligunt· & p̄uidentes equoris
tempestatē· cū clamore ad litora tendunt·
Nam in pelago iam grauissimā ēē tempesta
tē· cū ad litora mergi confugerint·

pter · auis animo plus armata quam ungulis · maiorem uirtutem minori corpore gestans · ab accipiendo nomen sumpsit · Est enim auis capiendis aliis auibus auida · Ideoque uocatur accipiter · hoc est raptor · Unde & paulus apostolus dicit · Sustinetis enim siquis uos accipit · Ueterum diceret siquis rapit · dixit siquis accipit · Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse · Nam dum uiderint eos posse temptare uolatus · nullas eis prebent escas · sed uerberant pinnis & nido precipitant · & tenero compellunt ad predam · ne forte adulti pigrescant · Capus italica lingua dicitur ab capiendo · Hunc nostri falconem uocant · quod in curuis digitis sit · Miluus mollis & uiribus & uolatu · quasi mollis auis · Unde & nuncupatus · Rapacissimus tamen & semper domesticis auibus insidiatur · Ossifragus uulgo appellatur · auis que ossa ab alto dimittit & frangit · Unde & a frangendo ossa nomen accepit · Turtur · de uoce uocatur · auis pudica · & semper in montium iugis & in desertis solitudinibus commorans · Tecta enim hominum & conuersationem fugit · & commoratur in siluis · Et iam hyeme deplumata in truncis arborum cauis habitare perhibetur · Cuius e contrario columba hospitia humana diligit · domorum blanda semper habitatrix · Columbe dicte · quod earum colla ad singulas conuersationes colores mutent · aues mansuete · & in hominum multitudine conuersantes ac sine felle · quas antiqui uenerias nuncupabant · quod nidos frequentant & osculo amare concipiant · Palumbes eo quod sint farre & pabulo · quas uulgus tritos uocat · Auis casta ex moribus appellatur · quod comes sit castitatis · Nam dicitur quod amisso corporali consortio solitaria incedat · nec carnalem copulam ultra requirat · Perdix de uoce nomen habet · Auis dolosa atque inmunda · Nam masculus in masculis insurgit · & obliuiscitur sexum libido precepsit · adeo autem fraudolenta · ut alterius oua diripiens foueat · Sed fraus fructum non habet · Denique dum pulli uocem proprie genetricis audierint · naturali quodam instinctu hanc que fouit relinquunt & ad eandem que genuit reuertuntur · Coturnices a sono uocis dicunt · quas greci ortugas uocant · eo quod uise fuerint primum in ortigia insula · He aduueniendi habent tempora · Nam aestate depulsa maria transmeant · Ortigometra dicitur que gregem ducit · Eam terre propinquitate accipiter uidens rapit · ac propterea cura est uniuersis · ducem sollicitare generis externi · per quam caueant prima discrimina · cibos gratissimos habent semina uenenorum · quam ob causam eas ueteres uesci interdixerunt ·

Solum enim hoc animal sicut & homo caducum patitur morbum · Upupam greci appellant · eo quod stercora humana consideret & fetenti pascatur fimo · Auis spurcissima · cristis extantibus galeata · Semper in sepulchris & humano stercore commorans · Cuius sanguine quisque se inunxerit · dormitum pergens demones suffoca[illegible]ntes se uidebit ·

Cucos · quos paniculos uocant · a uoce propria nominatos · Hi ueniendi habent tempus ·

Miluorum scapulis suscepti · propter breues & paruos uolatus · ne plonga aeris spatia fatigati destituant · Horum salua cicadas gignunt ·

Oua passeris in nido reperta commedit · & sua obicit · que ille suscepta & fouit & nutrit ·

Passeres sunt minuta uolatilia a paruitate uocata · Unde & pausilli & paruum · Merula antiquitus medula uocabatur · eo quod modulet · alii merulam autem uocatam quia

102

sola uolat · quasi mera uolans · Et cum in omnibus
locis nigra sit · machaia autem candida est ·
Hirundo dicta · quod cibos non sumere residens
sed in aere capiat escas & edat · Garrula
auis · & per tortuosos orbes & flexuosos circu
itus peruolat · & in nidis construendis et locandis que
fetibus sollertissima · Habens & etiam quiddam presa
gium · quod lapsura deserat nec adpetat culmi
na · A diris quoque auibus non impetitur · nec umquam
preda est · Maria transuolat · ibique hyeme com
moratur · Turdus a tarditate dictus · hyemis
enim confinio se referunt · Turdela · quasi
maior turdus · Cuius stercore uiscum genera
re putatur · Unde & prouerbium apud antiquos
erat · malum sibi auem cacare · Fursurio
uocatus · quod prius farre in farrina redacta
pasceretur · Ficedule dicte · quod ficus ma
gis edant · Panditur uersiculo ueterillo · Cum
me ficus alat · cum pascar dulcibus uuis · quur
potius nomen non dedit uua mihi · Carduelis ·
quod spinis & cardibus pascitur · Unde & etiam apud
grecos acantis dicta est · ab acantis id est spinis
quibus alitur · Augures autem dicunt & in gestu
& in motu & in uolatu & in uoce auium signa
esse constituta · Oscines aues uocant ·
que ore cantuque auspitio faciunt · Ut coruus ·
cornix · picus · alites que uocatus osten
dere futura uidentur · que si aduerse sunt
inebre dicuntur quod inebeant id est uetent · Sipi
pere prepetes · & ideo prepetes quia omnes aues
priora petunt uolantes · Tertiam faciunt spe
ciem auguriorum in auibus que commune uo
cant · ex utroque permixta · Id est cum aues & ore
& uolatu auguriat · Sed fides inhabitat ·
Omnium autem genera uolucrum bis nascuntur ·
Primum enim oua gignuntur · Oua autem dicta ab eo
quod sint uuida · Unde & uua · eo quod intrinsecus

humore sit plena · Nam humidum est quod ext[...]
humorem habet · Uuidum · quod interius · Q[...]
autem putant ouum grecam habere origin[...]
nominis · Illi autem dicunt oa · y · littera ab[...]
Oua autem quedam manuento concipiuntur · S[...]
non sunt generalia · nisi que fuerint concubitu
culino concepta & seminali spiritu penetrata ·
Ouorum uim tantam dicunt · ut lignum perfusum
eo non ardeat · ac ne uestis quidem · contra adu[...]
admixta quoque calce · glutinare fertur
uitri fragmenta ·

De minutis uolatilibus

## DE MINUTIS UOLATILIBUS

Apes dicte · eo quod se pedibus inuicem alliga[...]
uel pro eo quod sine pedibus nascuntur · Nam [...]
& pedes & pinnas accipiunt · Hee sollerte[...]
in generandi mellis offitio · adsignatas in[...]
colum sedes · Domicilia inenarrabili ar[te]
conponunt · Et uariis floribus fauum cond[...]
textisque ceris innumera prole castra repl[ent]
exercitum & reges habent · prelia mouen[t]
fumum fugiunt · tumultu exasperantur ·
Has plerique experti sunt de boum cadaueribus
nasci · Nam pro his creandis uitulorum occisor[um]
carnes uerberantur · & ex putrefacto cruore
uermes creantur · qui postea efficiuntur ape[s]
Proprie tamen apes uocantur · orte de uitulis ·
sic crabrones de equis · fuci de mulis · uespe de
asinis · Cestro greci appellant · qui in ext[...]
mis fauorum partibus maiores creantur · q[...]
aliqui reges putant · Dicti quod castra duc[...]
Fucus est maior ape · crabrone minor · D[...]
autem fucus · quod alienos labores edat qu[...]
fauus · Depascitur enim quod non laborauit · De
quo uirgilius · Ignauum fucus pecus a pr[esepibus]
sepi bus arcet · Uespe · crabrones uocan[...]
a cauo id est cauallo · quod ex eis creantur ·
Sic autem crabrones nascuntur de equorum carni[bus]

putridis. ita ex his uerũ sepe nascunt̃
scarabei. Unde & cognominati sunt. Tauri
uocant̃. scarabę terrestres. ricino similes.
Rupestris animal est paruũ in italia simili
mũ scarabeo longipede. fallit inter herbas
bouẽ maxime. Unde & nom̃ habet. Deuo
ratũ tacto felle ita inflammat ut rumpat.
Cicendena. scarabeorũ genus est. eo qđ gradiens
uel uolat luce. Blatta. a colore nuncupata.
Siquidẽ & conphensę manũ tingunt. Unde
& blattũ colorẽ dicunt. Hoc aũt animal
lucẽ uidere ñ patitur. Contrario muscę.
Nam musca luci peta & blatta lucifuga est.
Per noctẽ enĩ ambulat tantũ. Papiliones aui
culę sunt. quę maxime habundant floren
tibus maluis. quiq; uermiculos stercore suo
faciunt nasci. Lucusta. qđ pedibus sit longis
uelut asta. Unde & eã greci tam marinã
quã terrestrẽ astaco appellant. Cicades ex
tico duro nascunt̃ sputo. Hec in italia apud
gregiuus mutę sunt. nec usq; alibi. Musca
ex greco uenit sic̃ & mus. Hec sic̃ & apes necatę
in aqua aliquotiens. post unius horę spa
tiũ reuiuiscunt. Cynomia grecę uocatur.
idest musca canina. Nam cynos grecę ca
nis uocat̃. Culex. ab aculeo dictus quo
sanguinẽ sugit. Habet enĩ in ore fistulã
in modũ stimuli quę carnẽ terebat & san
guinẽ bibit. Scynifes. muscę minutissimę
sunt aculeis p̃molestę. qu a tertia plaga
supbꝰ egyptiorũ pp̃ts cesus ẽ. Oestrus. ani
mal armẽtorũ aculeis p̃molestũ. Oestrus aũt
grecę est qui latine asilus. uulgo tabanus
uocat̃. Bibiones sunt. qui in uino nascunt̃
Quos uulgo musciones a musto appellant.
Unde frinius: Cum a me expectas & fabulare incipis
ex ore. in oculis tuis bibiones inuolant. Gurgulio

dicit̃. quia pene nihil est aliud nisi guttur.

INCIP CAP DE LIBRO DUODECIMO.

In hoc libello quasi in proba tabella quasdã cęli
causas situsq; terrarũ & maris spatia adnotauim̃.
ut in modico lector & p̃currat. & conpediose & ethi
mologias eorũ causasq; cognoscat.



DE MUNDO. I.

Mundus ẽ cęlũ. terra. mare. & quę in eis opera
dĩ. De quo dicitur. & mundus p̃ eũ factus est.
Mundus latine a philosophis dictus. qđ in sempitũno
motu sit. ut cęlũ. sol. luna. aer. maria. Nulla
enĩ requies eis elementis concessa ẽ. ideoq; semp̃
in motu est. Unde & animalia uarroni uident̃
elementa. qm̃ p̃ semetipsa inquit mouentur.
Greci uero nom̃ mundo de ornamto accõmoda
uer̃. pp̃ter diuersitatẽ elemtorũ & pulchritudi
nẽ siderũ. Appellat̃ enĩ apud eos cosmus. qđ
significat ornamtũ. Nihil enĩ mundo pulchri
us oculis carnis aspicimus. Quattuor aũt esse
climata mundi. idest plagas. Orientẽ & occi
dentẽ. Septentrionẽ & meridiẽ. Oriens. ab ex
ortu solis ẽ nuncupatus. Occidens. qđ diẽ
faciat occidere atq; interire. Abscondet enĩ
lum̃ mundo. & tenebras sup̃ inducit. Septen
trio aũt a septẽ stellis axis uocatus. quę in ipso
reuolutę rotantur. Hic pp̃rię & uertex dicit̃.
eo qđ uertitur. sic̃ pp̃heta ait. Vertitur intra
cęlũ. Meridies. uel quia ibi sol faciat medium
diẽ quasi medi dies. uel quia tunc purius micat
ęther. Merum enĩ purum dicit̃. Ianuę cęli
duę sunt. Oriens & occasus. Nam una porta
sol procedit. alia se recipit. Cardines aũt mun
di duo. Septentrio & meridies. In ipsis enim
uoluitur cęlum.

DE ATHOMIS. II.

De mundo.

De iiii. climatib. mu

103

Philosophi uocant quasdam in mundo corporum
partes tam minutissimas ut nec uisui pateant
nec tamen sectionem recipiant. Unde et
athomi dicti sunt. Hi per inane totius mundi
inrequietis motibus uolitari et huc atque illuc
ferri dicuntur sic tenuissimi pulueres qui in
fusi per fenestras radiis solis uidentur. Ex his ar
bores et herbas et fruges omnes oriri. ex his ignem
et aquam et uniuersa gigni atque constare qui
dam philosophi gentium putauerunt. Sunt
autem athomi aut in corpore aut in tempore.
aut in numero. In corpore ut lapis. Diuidis
eum in partes et partes ipsas diuidis in grana
ueluti sunt arenae. Rursumque ipsa arenae
grana diuide in minutissimum puluerem. donec
si possis peruenias ad aliquam minutiam quae
iam non sit quae diuidi aut secari possit.
Haec est athomus in corporibus. In tempore uero
sic intellegitur athomus. Annum uerbi gratia
diuidis in menses. in diebus dies in horas.
Adhuc partes horarum admittunt diuisionem.
quousque uenias ad tantum temporis punctum
et quandam momenti stillam ut per nullam moru
lam produci possit. ideo iam diuidi non potest.
Haec est athomus temporis. In numeris ut pu
ta octo diuiduntur in quattuor. Rursus quat
tuor in duobus. De duobus in unum. Unus autem
athomus est. qui insecabilis est. Sic et littera.
Nam orationem diuidis in uerbo. uerbum in
sillabis. Syllabam in litteris. Littera pars
minima athomus est nec diuidi potest.
Athomus ergo est quod diuidi non potest. ut in
geometrica punctus. Nam thomus diui
sio dicitur grece. athomus indiuisio.

## DE ELEMENTIS. III.

Greci rerum quandam primam materiam
dicunt nullo prorsus modo formatam.
sed omnium corporalium formarum capacem
ex qua uisibilia elementa formata sunt.
Unde et ex eius diriuatione uocabulum acce
perunt. Hanc latini materiam appellauerunt.
ideo quia omne informe unde aliquid
faciendum est semper materia nuncupatur.
Proinde et eam poetae siluam nominauerunt.
nec incongrue quia materiae siluarum
sunt. Greci autem elementa stoicheia nuncu
pant. eo quod sibi societatis concordia
et communione quadam conueniant. Nam
sic ea inter se naturali quadam ratione
iuncta dicuntur. Modo originem ab igne
repetentes usque ad terram. modo a terra
usque ad ignem. ut ignis quidem in aera desi
nat. aer in aqua densetur. aqua in ter
ra crassescat. rursusque terra diluatur
in aqua. aqua rarescat in aera. aer in ig
nem extenuetur. ua propter omnia
elementa omnibus inesse. sed unumquodque
eorum ex eo quod amplius habet accepisse
uocabulum. Sunt autem diuina prouidentia
propriis animantibus distributa. Nam celum
angelis. aerem uolucribus. mare piscibus.
terram hominibus ceterisque animantibus crea
tor ipse impleuit.

## ITEM CAP. IN LIBRO QUO SUPRA



## DE CAELO. I.

Celum uocatum eo quod tamquam celatum
uas impressa lumina habeat stellarum
uelut signa. Nam celatum dicitur uas quod sig
nis eminentioribus refulget. Distinxit
enim eum deus claris luminibus et impleuit
sole scilicet et lunae orbe fulgenti. et
astrorum micantium splendentibus signis.

adornauit. Alias autem a superiora celando. Hic autem grece uranos dicitur ANOTIOPACΘA. idest uidendo eo quod aer perspicuus sit. et ad speculandum purior. Celum autem in scripturis sanctis ideo firmamentum uocatur. quod sit cursu syderum et ratis legibus fixisque firmatum. Interdum et celum pro aere accipitur. Ubi uenti et nubes et procelle et turbines fiunt. Lucretius. Caelum quod dicitur aer. et psalmus uolucres celi appellat. Cum manifestum sit aues in aere uolare. et nos in consuetudine hunc aerem celum appellamus. Nam cum de sereno uel nubilo querimus aliquando dicimus qualis est aer. aliquando quale est celum. Aether locus est in quo sydera sunt. et significat eum ignem qui a toto mundo in altum separatus est. Sane aether ipsum elementum. et hera uero splendor aetheris. et est sermo grecus. Sphera celi dicta eo quod species eius in rotundum formata est. Sed et quicquid tale est a duo lubilitate. sphera a grecis dicitur. Sic et pile quibus ludunt infantes infantes. Nam philosophi dicunt celum in sphere figura undique esse conexum omnibus assibus equalem. concludentem terram in media mundi mole libratam. hunc moueri dicunt. et cum motu eius sydera in eo fixa ab oriente usque ad occidentem circuire. Septentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus. axis est septentrionalis linea recta que per mediam pilam sphere tendit. Et dicta axis quod in ea spera ut rota uoluitur. uel quia ibi plaustrum est. Cardines extreme partes sunt axis. Et dicti cardines eo quod per eos uertitur celum. Poli sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter

Circuli

est septentrionalis qui numquam occidit. boreusque appellatur. Alter australis qui numquam uidetur. et austro notius dicitur. Et dicti poli quod sint axium cycli ex cursu plaustrorum a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreus semper uidetur. austro notius numquam. Quia dextra celi altiora sunt. pressa austri. Conuexa extrema celi sunt a curuitate dicta. Nam conuexum curuum est et inclinatum. et in modum circuli flexum. Lacteus circulus uia est que in sphera uidetur a candore dicta quia alba est. quam aliqui dicunt uiam esse qua circuit sol. et ex splendoris ipsius transitu ita lucere. Habitatio ista celi circulorum distincta zonis quasdam partes temperiesque incolere permisit. quasdam negauit in ormitate frigoris aut caloris. Zone autem ipse quinque sunt. Qui ideo zone uel circuli appellantur eo quod in circumductione sphere existunt. Quorum primus circulus ideo arcticos appellatur eo quod intra eum arctorum signa inclusa perspiciuntur. Que assis in ursarum speciem ficta septentriones appellantur. Secundus circulus exeo terinus troicpos dicitur. quia in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens ultra eum circulum non transit sed statim reuertitur. et inde tropicos appellatus. Tertius circulus iunerinus qui alatinus ideo equinoctialis appellatur eo quod sol cum ad eum orbem peruenerit equinoctium facit. Inmerinos enim latine dies dicitur atque nox. quo circulo dimidia sphere pars constituta prespicitur. Quartus circulus antarticos uocatur. eo quod contrarius sit circulo quem articon

lacteus circulus

Circuli

nominant. Quintus circulus cimerinos tro
picos. qui a latinis hyemalis siue brumalis
appellatur. ideo quia sol cum ad eum circulum
peruenit hieme his qui aquilone sunt facit.
Estatem autem his qui austris partibus commo
rant. Zodiacus autem circulus est.

De aere et nube

## DE PARTIBUS CELI . II .

Aer est inanitas plurimum habens admixtum
raritatis quam cetera elementa. De quo uir
gilius. Longum per inane secutus. Aer dictus
ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΙΡΕΙΝ. ab eo quod ferat terram.
uel ab eo quod feratur. Hic autem partim ad
terrenam partim ad celestem materiam per
tinet. Nam ille subtilis ubi uentosi ac procel
losi motus non possunt existere. ad celestem
pertinet partem. Iste uero turbulentior qui
exalactionibus humidis corporescit. terre
deputatur. Qui quoque ex se multas species red
dit. Nam commotus uentum facit. Uehementius
concitatus ignes et tonitrua. contractus nu
bilat. Conspissatus pluuiam. congelantibus niuem
turbulentius. Congelantibus densioribus nubi
bus grandinem. distentus serenum efficit. Nam
aerem densum nubem esse. Nubem rarefactam
et solutam aerem. Nubes dicta ab obnu(b)endo.
id est operiendo celum. Unde et nupte quod uul
tus suos uelent. Unde et neptunus quod nu
bat. id est mare et terram tegat. Nubes autem
aeris densitas facit. Uenti enim aerem con
globant. nubemque faciunt. Unde est illud.
atque in nubem cogitur aer.

Tonitruum

Tonitruum dictum
quod sonus eius terreat. Nam tonus sonus.
Ideo interdum tam grauiter concutit omnia
ita ut celum discessisse uideatur. quia cum procella
uehementissimi uenti nubibus se repente
inmiserit. turbine inualescente exitumque
querente nubem quam exca(ua)uerit impetu
magno perscindit. ac sic cum horrendo fragore
defertur ad aures. Quod mirari quis non debeat
cum uessicula quamuis parua magnum tamen soni
tum displosa emittat. cum tonitrua autem simul
et fulgura exprimi. Sed illud celerius uidetur
quia clarum est. Hoc autem ad aures tardius
peruenit.

Fulgetra

Lux autem que apparet ante tonitruum
fulgetra uocantur. Que ut dixi ideo ante ui
detur. quia clarum est lumen. Tonitruum
autem ad aures tardius peruenit.

Fulgur. Fulmine

Fulgur et ful
men ictus celestis iaculi a feriendo dictum. Ful
cere enim ferire est atque percutere. Fulmen autem
conlisa nubila faciunt. Nam et omnium rerum
conlisio ignem creat ut in lapidibus cernimus.
uel attritu rotarum. uel in siluis arborum.
simili modo in nubibus ignis. Unde et prius
nubila sunt. deinde igni fulmina in nubibus
fieri et inpulsu uentorum emitti. Ideo autem
fulminis igne uim habere maiorem ad pe
netrandum. quia subtilioribus elementis fac
tus est quam noster. id est qui nobis in usu est.

Fulgus

Tria sunt autem eius nomina. Fulgus. fulgur.
et fulmen. Fulgus quia tangit. Fulgur quia
incendit et urit. Fulmen quia findit.
Ideo et cum ternis radiis finguntur. Arcus
celestis dictus a similitudine curuati arcus.

Iris

Yris huic nomen proprium est. Et dictus yris
quasi aeris. id est quod per aera ad terras descen
dant. Hic autem a sole resplendet dum cauas
nubes ex aduerso radium solis accipiunt
et arcus speciem fingunt. Cui uarios colores
illa dat res. quia aqua tenuis aer lucidus
et nubes caliginantes inradiata uarios creant
colores.

Pluuie

Pluuie dicte quod fluant. quasi flu
uie. Nascuntur enim de terre et maris anhe
litu. Que cum altius eleuate fuerint. aut
solis calore solute. aut ui uentorum expresse

stillant in terris. Nimbus ē. densitas nubis. Nimb'
intempesta & obscura. & inde nimbus a nube.
Sunt aut̄ nimbi repentine & p̄
cipites pluuię. Nam pluuias
uocamus lentas & iuges. quasi
pluuias. quasi fluentes. Imbres aut̄ & Imber
ad nubes & ad pluuias ptinent. Dicta
greco uocabulo. qđ terram inebrient.
ad germinandū. Ex his eñ cuncta creant̄.
Unde & lucretius. Ex igni terra atq; anima
nascunt̄ & ymbri. Est aut̄ nom̄ grecum.
Grando appellata. qđ forma eius granorū Grando
similitudinē habeat. Hę aut̄ uentorū rigo
re durant̄ in nube. ac solidant̄ in nuem
ruptoq; aere soluunt̄. Nix a nube unde Nix
uenit. & glacies a gelu & aqua. quasi gela
aques. idest gelate aquę. Gelus aut̄ qđ Gelu
eo stringat̄ tellus. Ge quippe terra dicit̄.
Tunc aut̄ maiori gelu stringitur terra.
cū fuerit nox serena. Pruina ē. matuti Pruina
ni temporis frigus. Qui inde pruinę no
men accepit quia sic ignis urit. Pyro
eñ ignis. Urere eñ & ad frigus & ad solē
ptinet. Nam uno sermone duo diuersa
significant. p eo qđ unū effectū habent.
Similis eñ uis est & caloris & frigoris. Unde
& utraq; sata rumpunt. Nam calor urit.
ut est urit infelix dido. Item frigus urit.
ut est aut boreę penetrabile frigus adu Ros
rat. Ros grecū est. Quod illi drosor dicunt.
Alii putant ros dictum quia rarus ē. & non
spissus pluuia. Nebula dicta. unde & nubi Nebla
la. ab obnuendo scilicet hoc est operien
do terrā. Si uero nubes uolans faciat. Ex
alant eñ ualles humidę nebulas. & fi
unt nubes. Inde nubilū. inde niues. Ne
bulę aut̄ ima petunt cū serenitas est.

summa cū nubilum. Caligo. umbra desp̄is Caligo
situdine aeris effecta. Et dicta caligo. qđ
maxime aeris calore gignatur. Tenebrę Tenebre
dicunt̄. qđ teneant umbras. Nihil
aut̄ sunt tenebrę. sed ipsa lucis
absentia tenebrę dicunt̄. Sic silen
tium ñ aliqua res ē. sed ubi sonus
ñ est silentiū dicit̄. Sic tenebrę ñ ali
quid sunt. sed ubi lux ñ est tenebrę di
cunt̄. Umbra ē. aer carens sole. Dicta Umbra
aut̄. qđ fiat cū solis obicimur radiis. Est
aut̄ mobilis & incerta. & ex solis circuitu.
& ex motu locorū. Namq; quotiens mo
uetur in sole. nobiscū moueri uidetur.
Quia ubicūq; loco radiis solis obsistimus.
pinde illi lumen auferimus. sic & ingredi
nobiscū umbra. & gestus nostros uidetur
imitari. Lux ipsa substantia. lumen. qđ Lux Lumen
a luce manat. idest candor lucis. Sed hoc
confundunt auctores. De ventis

DE CIRCULIS CAELI. III.

Ventus est. aer cōmotus & agitatus. & p diuer
sis partibus celi nomina diuersa sortitus.
Dictus aut̄ uentus. qđ sit uehemens & uio
lentus. Uis eñ eius tanta est. ut ñ solum
saxa & arbores uellat sed & iam terramq;
conturbet. maria cōmoueat. Uentorū
iiii. principales sp̄s sunt. Quorū primus
ab oriente subsolanus. a meridie auster.
ab occidente fabonius. a septentrione eius
dē nominis uentus aspirat. Habentes
geminos hinc & inde uentorū sp̄s. Sub
solanus a latere dextro uulturnū habet.
a leuo eurū. Auster. a dextris euro austrū.
a sinistris uero austro affrico. Fabonius.
parte dextra. affricum. a leua corum.
Porro septentrio. a dextris circium. a sinistris

aquilonē. Hi duodecim uenti mundi glo
bum flatibus circū agunt. Quorū nomi
na propriis ex causis signata sunt. Etenim
N am subsolanus uocatus eo qđ sub
sub ortu solis nascatur. Eurus eo
qđ ab euro flat. id est ab orien
te. Est enī coniunctus subsolano.
U ulturnus. qđ alte tonat. De quo
lucretius. altitonans uulturnus & aus
ter fulmine pollens. Auster. ab hauriendo
aquas uocatus. Unde & crassum aerem
facit. & nubila nutrit. Hic grece nothus
appellat̄. propt̄ qđ interdū corrūpat
aerem. Nam pestilentiā quę ex corrup
to aere nascitur. auster flans in reliquas
regiones transmittit. Sed sic auster pesti
lentiā gignit. sic aquilo repellit. Euro
auster dictus. qđ ex una parte habeat
eurū. ex altera austro affricum. Austro
affricus. eo qđ iunctus sit hinc & inde austro
& affrico. Ipse & libo notus. qđ sit eiqs hinc
& inde notus. Zefirus greco nomine appel
latus. eo qđ flores & germina eius flatu uiui
ficentur. Hic latine fauonius dicit̄. propt̄
qđ foueat quę nascunt̄. austro aut̄ flores
soluuntur. a zefiro fiunt. Affricus. a propria
regione uocatur. In affrica enī initium
flandi sumpsit. Corus est. qđ ab occidente
estiuo flat. Et uocatus corus. qđ ipse uen
torū circulū claudat & quasi chorum fa
ciat. Hic antea caurus dictus. quē pleriq;
argestem dicunt. nō ut inprudens uulgus
agrestem. Septentrio dictus. eo qđ a circulo
septem stellarum consurgit. quę uerten
te se mundo resupinato capite ferri ui
dent̄. Circius dictus. eo qđ coro sit iunctꝰ.
H unc spani galleciū uocant. Propt̄ qđ eis

a parte gallecię efflat. Aquilo dictus
eo qđ aquas stringat & nubes dissipet.
Est enī gelidus uentus & siccus.
Idem & boreus. quia ab hiper
boreis montibus flat. Inde enī
origo eiusdē uenti est. Unde & frigidus
est. Natura enī omniū septentrionaliū
uentorū frigida & sicca est. australium
humida & calida. Ex omnib; aut̄ uentis
duo cardinales sunt. Septentrio & auster.
E thesię aut̄ flabra aquilones sunt. quibus
nom̄ inditum est. qđ certo anni tempore
flatus agere. Eni austos enī grece. annus
latine dicit̄. Hęc aut̄ cursū recti ab oriente
integrum ferunt. quib; auster contrarius
est. Duo sunt aut̄ extra hos ubiq; spirantes magis
quā uenti. aura & altanus. Aura ab aere
dicta quasi aeria qđ lenis sit motus aeris.
A gitatus enī aer auram facit. Unde & lu
cretius aerias auras. Altanus qui in pela
go est. p̄ diriuatione ab alto id est mari
uocatus. Nam alter est flatus in ipsis quē
diximus auram. Nam aura ter est. Turbo
est uolubilitas uentorū. Et turbo dictus
a terra. quotiens uentus consurgit & ter
ram in circuitu mittit. Tempestas aut̄ pro
tempore dicit̄. sic ubiq; historiografi
solent. dū dicunt ea tempestate. aut
a statu celi quia magnitudine sui multis
dieb; oritur. Uerno aut̄ & autumnali
tempore quā maxime fiunt tempesta
tes. quando nec plena est estas nec plena
hiemps. Unde medium & confine utriusq;
temporis ex coniunctione aerum con
trariorū efficiuntur tempestates. Fra
gor. a fractarū rerū nominatus est sonu
tu. Quia siccaq; q; & arida facile frangi

procella. ab eo quod percellat, id est percutiat et euellat. Est enim uis uenti cum pluuia. Procelle enim aut de fulminibus aut de uentis fiunt. Nihil autem uelocius uentis. Unde et propter celeritatem tam uentos quam fulmina alata fingunt poete, ut alitis austri. n(on) definit . . . capit(ulum)

ITEM CAP(ITULA) IN LIBRO QUO SUPRA.

I De aquis.
II De diuersitate aquarum.
III De maris nomine.
IIII De oceano.
V De mediterraneo mari.
VI De sinibus maris.
VII De aestibus et fretis.
VIII De lacis et stagnis.
VIIII De abysso et reliquis aquarum nominibus.
X De fulminibus.
XI De diluuiis.

DE AQUIS.

Aqua dicta, quod superficies eius equalis sit. Hinc et equor appellatum, quia equaliter sursum est. Duo autem ualidissima uite humane elementa, ignis et aqua. Unde grauiter damnantur quibus ignis et aqua interdicitur. Aquarum elementum ceteris omnibus imperat. Aqua enim celum temperat, terram fecundat, aerem exalationibus suis incorporant. Scandunt in sublimi et celum sibi uindicant. Quid enim mirabilius aquis in celo stantibus? Parum sit in tantam peruenisse altitudinem: rapiunt et secum piscium examina. Effuse omnium in terra nascentium cause fiunt. Fruges gignunt, arbores fructicesque herbasque producunt. Sordes detergunt, peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.

DE DIUERSITATE AQUARUM. II.

Aquarum nature diuersitas multa est. Alie enim salis, alie nitri, alie aluminis, alie sulforis, alie bituminis, alie curationem morborum adhibentes. Nam iuxta Romam albule aque uulneribus medentur. In Italia fons Ciceronis oculorum uulnera curat. In Ethiopia lacus est quo perfusa corpora uelut oliue nitescunt. Hamonis fons in Affrica canoras facit uoces. Ex Clitorio lacu Italie qui biberint uinum tedium habent. In Chio insula fontem esse quo hebetes fiant. In Boetia duo fontes, alter memoriam, alter obliuionem aufert. Cizici fons amorem ueneris tollet. Boetie lacus furialis est, de quo qui biberit ardore libidinis exardescit. In Campania sunt aque que sterilitatem feminarum et uirorum insaniam abolere dicuntur. In Ethiopia fonte rubro qui biberit limfaticus fit. Lethinus fons Arcadie abortus fieri non patitur. In Sicilia fontes sunt duo, quorum unus sterilem fecundat, alter fecundam sterilem facit.

In Tessalia duo sunt flumina: ex uno bibentes oues nigre fieri, ex altero albas, ex utroque uarias. Clitumnus lacus in Umbria maximos boues gignit. Reatinis paludis aquis iumentorum ungulas indurari. In Asflatite lacu Iudee nihil mergi potest quicquid animam habet. In Indis Sidem uocari stagnum in quo nihil innatat, sed omnia merguntur. At contra in Alce lacu propter densum omnia fluitant, nihil mergitur.

Marsidae fons in Frigia saxa gerit. In Achaia aqua perfluit e saxis, Stix appellata, quod ilico potata interficit. Celnium stagnum Sicilie tetro odore abigit proximantes.

Fons est in Affrica circa templum Ammonis.

qui humoris nexibus humum stringit ·
Et aullas & iam incipitem solidat · Fons idu
midumea quater in anno colorem
mutare dicitũ · Id est puluerentum ·
sanguineum · uiridem & limpidum · Ternis
mensibus in annũ tenens ex his unũ colorẽ ·
In erogoditis lacus est · ter in die fit amarus ·
& deinde totiens dulcis · Fons siloa ad radi
cem montis syon · ñ iugibus aquis sed incer
tis horis diebusq; ebullit · In iudea quondã
riuus sabbatis omnibus siccabatur · In son
dinia fontes callidi · oculis medentũ · fures
arguunt · Nam cecitate detegitur eorũ
facinus · In epyro esse fontẽ · in quo faces
extinguuntur accensę & accenduntũ extinc
te · Apud garamantas fontẽ ẽẽ ita algentẽ
die · ut ñ bibatur · Ita ardentẽ nocte · ut ñ
tangatur · Iam uero in multis locis aquę
manant perpetuo ferventes tanta ui · ut
balnea calefaciant · Quedã enĩ terrę sunt
quę multũ sulphoris & aluminis habent ·
Itaq; cũ p uenas calentes aqua frigida ue
nit · uicino sulforis calore contacta excan
descit · Nec talis ab origine effluit · sed p
mutatus dum uenit · Sulsur enĩ alumenq;
secũ ferunt aquę · utraq; materiã quę
materia igne plena · minimisq; motibus
incalescente ·

DE MARIS NOMINE · III ·

Mare est · aquarũ generalis collectio · Omis
enĩ congregatio aquarũ siue salsę sint siue
dulces · abusiue maria nuncupantũ · Iuxta
illud · Et congregationes aquarũ uocauit
maria · Proprie autẽ mare appellatũ eo qđ
aquę eius amarę sint · Aequor autẽ uocatũ ·
quia equaliter sit sũ c̃ · Et quãuis aquę fluc
tuantes uelut montes erigantur · sedatis
rursum tempestatibus adequantur · Alti
tudo enĩ maris diuersa est · Indiscreta
tamẽ dorsi eius equalitas · Ideo autẽ mare
incrementũ ñ capere cũ omia flumina
omis fontes recipiat · hęc causa est · Parti
cũ influentes undas ipsa magnitudo eius
ñ sentiat · Deinde qđ amaria aqua dul
ce fluentũ consumat · uel qđ ipsę nubes
multũ aquarũ ad se attrahant siue qđ
illũ partim auferant uenti · partim sol
exsiccet · Postremũ · qđ p occulta quedã
terrę foramina p colatus · & ad caput am
nium fontesq; reuolutus recurrat · Mare
autẽ certũ ẽẽ colorẽ · sed pro qualitate uen
torũ mutari · Nam modo flauum eius ·
modo lutulentum · modo atrum ·

DE OCEANO · IIII ·

Oceanũ greci & latini ideo nominant e
qđ in circuli modo ambiat orbem · siue
a celeritate eo qđ ocius currat · Item
quia & cęlũ purpureo colore nitet · Ocea
neus quasi cianeus · Iste est qui ir orbis
terrarũ amplectitur · alternisq; aestibus
accedit atq; recedit · Respirantibus enĩ in
profundũ uentis aut remouit maria aut
resorbit · Qui qui a proximis regionibus di
uersa uocabula sumpsit · ut gallicus · germa
nicus · sciticus · caspius · hircanus · athlanticus ·
gaditanus · Nam gaditanũ fretum a gadibus
dictus ẽ · ubi primũ ab oceano maris magni
limen aperitur · Unde & herculus cũ gadibus
peruenisset · columnas ibi posuit · sperans illic
esse orbis terrarum finem ·

DE MEDITERRANEO MARI · V ·

Mare magnũ est qđ ab occasu ex oceano fluit
& in meridie uergit · Deinde ad septentrionẽ
tendit · Quod inde magnũ appellatur · quia

cetera maria incōparatione eius minora sunt.
Iste est & mediterraneus. qui pmedia terrā
usq; adoriente pfunditur. europā. & affricā.
asiamq; disterminans. Cuius primę partis
sinus inhispanis pfunditur. Hibericus & bal
learicus appellatur. deinde gallicus qui
narbonensē puintiā adluit. Mox ligusti
cus. qui iuxta genuā urbem est proximus.
Post hęc tirreneus qui italiā adtingit. quē
greci ionium. itali inferum uocant. Inde sicu
lus. qui asicilia usq; adcretā uadit. Deinde
creticus qui inphamphiliā & egyptū ptendit. Inde elespontus qui inseptentrionē
retorquens anfractibus magnis iuxta gre
cias & ilircum inangustias septē stadiorū
stringitur. quo xerses ponte nauibus fac
to ingretiā cōmeauit. Ibi est abidos inde
diffusus ęquore patenti. rursus stringitur
& facit ppontidē. qui mox inquingentos
passus coartatur. fitq; bos forus tratius.
qd darius copias tansportauit. Inde pon
ticus sinus amplissimus atergo meotidis
paludis. Quod mare exmultitudine flu
minū dulcius quā cetera. nebulosūq; & bre
uius. Unde hoc pontū uocatū. qd sit breuis.
atq; eo preter focas & tinnos atq; delfinos.
alias beluas maiores nō patitur. Sic aūt
terra dū una sit. pdiuersis locis uariis
appellat uocabulis. ita & pregionibus
hoc mare magnū diuersis nominibus
nuncupatur. Nam hibiricū & asiaticū
aprouintiis dictū. Abinsulis balearicum.
siculū. creticū. cyprū. egeum. carpatiū.
Nam inter tenedum. & chium. saxū est in
mare potius quā insula. Qd uisentib; peul
capre simile creditur. quā greci ega nun
cupant. Unde egeū mare ē dictū. Sic &
carpatiū mare inter egyptum & rodum.
abinsula carpato illic posita agentibus.
Gallicū ausoniū. dalmatiū. libusticū. Abop
pidis argolicū. corinthiū. tyrrum. adria
ticū. Nam adria qdā ciuitas illico mari
pxima fuit. que adriatico mari nomē
dedit. Apositione cęli. ut superū & inferū.
Quod sit oriens superior. occidens inferior.
Est aūt tuscum & adriaticū amemoria
regis. ut ionium. Io quippe rex fuit grecię.
Unde iones athenienses. Hoc mare & tirre
nū dictū. siue qd tusciā adluit idest
tyrreniā. siue atyrrenis nautis qui se in
hoc mare pcipitauerū. Et sciendū ioniū
sinū ēē inmensū. abionia usq; adsiciliā.
Et huius partes ēē adriaticū. achaicū. & epy
roticū. amoribus accolarū eusinus ac senus
ante appellatus acasibus hominū qui de
ciderū inmari. ut elespontū. ycarium. myr
teū. Nam myrteū mare dictū amyrtili
lapsu. qd illic abenomao pcipitatus sit.
Icarus uero cretensis ut fabulę ferunt
altiora petens pinnis solis calore solutis.
mari inquo cecidit nomen inposuit.
Frixus quoq; cū elle sorore sua fugiens
insidias nouercales. conscendit nauem
signū arietis habentē qua liberatus est.
Elles aūt soror eius ppessa naufragium.
decidit inmari. & mortua elles ponto
mari nomē dedit. abordine fluenti ppon
tidis. Nam dictū ppontū. quia pontum
deuenit. Idem & atransitu uel angustiis
meatibus boum. bos foros. Egyptius aūt
pelagus asię datur. gallicus europę.
affricus libię. His ut queq; pxima sunt
uenerū inpartes. Pellagus aūt ē latitudo
maris sine littore & portu. Greco nomine

apotu pla; gia· hoc est alatitudine dictus·
Unde & plagia· eo qd sint inportuosa·

DE SINIBUS MARIS· VI·

Sinus dicunt· maiores recessus maris· ut in
mari magno ionius· in oceano caspius· In
dicus· persicus· arabicus qui & mare rubrū
qui oceano adscribitur· Rubrū aut mare
uocatū· eo qd sit russeis undis infectū· n tam
talem naturā habet qualē uidet ostende
re· sed uicinis litoribus uitiatur· urges
aque inficitur· quia omīs terra que cir
cū stat pellago rubra ē & sanguineo
colori pxima· Ideoq. inde mineum acu
tissimū excernitur· & alii colores quibus
pictura uariatur· Ergo cū terra hanc
habeat naturā· fluctibus subinde diluit
& quicquid harū ē in colorē cadit· Obhoc
&iam in his litoribus gemmę rubrę inue
niuntur· Lapillus enī eiusmodi humo
inuolutus· cū inter arenas attritus est
& terrę colorē habet & maris· Hoc mare
in duos sinus scinditur· Ex his qui abori
ente est psicus appellatur· quia ora illius
persę inhabitant· Alter uero arabicus
dicit· qd sit circa arabiam·

DE ESTIBUS ET FRETIS· VII·

Aestus ad oceanū ptinet· fretus ad utrūq.
mare· Nam aestus ē maris accessus uel
recessus· idest inquietudo· Unde & estua
ria p quę mare ingressum tam accedet
quā recedet· Fretū aut appellatū· qd
ibi semp mare ferueat· Nam fretum
ē angustū & quasi feruens mare· ab
undarū feruore nominatū· ut gadita
nū uel siculū· Nam freta dicta uarro
ait quasi feruida· idest feruentia & mo
tū feruoris habentia· Fretum siculę qd
regiū dicit salustius tali ex causa uocari
scripsit· dicens italię olim siciliam coniun
tam fuisse· & dū eēt una tellus medium
spatiū aut p humilitatē abruptū ē aqu
aut p angustiā scissum· & inde regiū no
minatū· quia grece abruptū hoc nomi
ne nuncupatur· Est aut artissimū tri
miliū spatio· siciliā ab italia diuidens·
Fabulosis infame monstris· cuius hinc
inde scilla & caribdis ostenditur· Scilla
a calore saxum mari imminens appella
Simile celebratę formę pcul uisentibus· Unde
& monstruosā speciē fabulę illi dederunt
quasi formā hominis capitibus succincta
caninis· Quia conlisi ibi fluctus· latratum
uidentur exprimere· Caribdis dicta
qd gurgitibus occultis naues absorbeat
Est enī mare uerticosū· & inde ibi laniata
naufragia p fundo emergunt· Ter aut
in die erigit fluctus & ter absorbet· Nam
accipit aquas ut uomat· uomit ut sursus
accipiat· Syrtes sunt arenosa in mari loca
Syrtes aut salustius atractu uocari dicit·
qd omia ad se trahant & adppinquanti
uadoso mari hereant· He aut ad mare
egyptium uicine sunt· & pariter admis
cent· Vada uero sunt p que in maria uel
in fluminibus homines uel animalia pedib
uadunt· Que uirgilius breuia appellat
greci bracea·

DE LACIS ET STAGNIS· VIII·

Sunt aut & quedā maria quę n̄ miscentur
quę n̄ miscent oceani fluctibus aut mari
magno & dicunt lacus & stagna· Lacus est
receptaculū in quo aqua retinetur· nec
miscetur fluctibus· Ut lacus fala· ut lacus
benacus & larius· & ceteri quos greci lim

id est stagnus uocant. Nam fontes labuntur in fluuiis. flumina in freta discurrunt. Lacus stat in loco nec profluit. Et dictus lacus quasi aque locus. Lacus asfalti idem & mare mortuum uocatum propter quod nihil gignit uiuum. nihil recipit ex genere uiuentium. Nam neque pisces habet. neque adsuetas aquis & letas mergendi usu patitur aues. Sed & quecumque uiuentia mergenda temptauerit. quacumque arte demersa statim resiliunt. Et quamuis uehementer inlisa confestim excutiuntur. Sed neque uentis mouentur resistente turbinibus bitumine quo aqua omnis stagnatur. neque nauigationis patiens est. quia omnia uita carentia in profundum merguntur. Nam materiam ullam sustinet nisi qui bitumine inlustratur. Lucernam accensam ferunt supernatare. extincto demergi lumine. Hoc & mare salinarum dicitur. siue lacus asfaltum. id est bituminis. & est in iudea inter hiericho & zoaran. Longitudo eius usque ad zoaros arabie dirigitur. stadiis septingentis octoginta. Latitudo. stadiis centum quinquaginta usque ad uicina sodomorum. Lacus tyberiadis ab oppido tyberiadi uocatus quod quondam herodes in honore tyberii cesaris condidit. Est autem in iudea omnibus lacus salubrior. & ad sanitatem corporum quod ammodo efficatior. Circuit stadia genesar lacus amplissimus in iudea. longitudine centum quadraginta extenditur stadiis. Latitudine quadraginta diffunditur. crispantibus aquis aura non uentis. sed de ipso sibi excitans (ex se creans). Unde & genesar dicitur greco uocabulo. quasi generans sibi auram. Denique per diffusiora spatia lacus frequentibus auris spirantibus agitatur. Unde & purior haustus eius. & ad potandum dulcis & habilis. Uenacus lacus italie uenetia de quo fluuius nascitur mincius. qui lacus magnitudine sui tempestates imitatur maris. Lucrinus & auernus lacus campanie sunt. Lucrinus autem dictus. quia olim propter copiam piscium uectigalia magna prestabat. Auernus autem lacus uocatus quod aues ibi super uolare non possint. Nam antea siluarum densitate sic ambiebatur. ut exalantes inde per angustias aque sulphoree odor grauissimus superuolantes aues alitu suo necaret. Quam rem augustus cesar intellegens deiectis siluis ex pestilentibus amoena reddidit loca. Lacus autem id est stagnus. ubi inmensa aqua conuenit. Nam dictum est stagnum ab eo quod illic aqua stet nec decurrat. HOMINIBUS.

## DE ABYSSO ET RELIQUIS AQUARUM

Abyssus profunditas est aquarum inpenetrabilis. siue speluncae aquarum latentium e quibus fontes & flumina procedunt. uel que occulte subter eunt. Unde & abyssus dictus. Nam omnes aque siue torrentes per occultas uenas ad matricem abyssum reuertuntur. Fluctus dicti quod flatibus fiant. Uentorum enim inpulsu agitate aque fluctuant. Aqua est statiua & sine motu equalis. Unda uero eminens liquor qui semper inmotu est. Lucretius. erias undas. id est motus & corpus illud quod refluctuat. Nam nec unda per se aqua est. sed aqua inmotu quodam & agitatione quasi abeundo unda uocata. Latex proprie liquor fontis est. Et dicta latex quod in uenis terre lateat. Gutta est que stat. Stilla que cadit. Hinc est stillicidium quasi stilla cadens. Stiria enim grecum est. id est gutta. Inde fit diminutiuum ut dicamus stilla. Dum autem stat aut pendet de tectis uel arboribus. quasi glutinosa gutta est. Dum ceciderit. stilla est. Spuma dicta ab eo quod spuatur. Sordes enim sunt undarum.

Unde & mustū & aquę coquunt̄ spuma purgantur. Hinc & sputum.

E FLVVIIS.

## DE FLUVIIS.

Fluuius perennis aquarū decursus a fluendo perpetim dictus. Proprie aut̄ flumen ipsa aqua. fluuius cuius aqua. Prior aut̄ flumen quā fluuius. id est prior aqua quā decursus. Duo sunt aut̄ fluminū genera. Unū torrens. alterū uiuum. De quo uirgilius. Trie flumine uiuo abluero. Torrens ē aqua impetu. Dictus aut̄ torrens. qui ab siccitate torrescit. id est arescit. De quo lameo uapore torrens torret. Cui greci ab hieri dederunt. nos ab estate. illi a tempore quo succrescit [illegible] nos a tempore quo siccatur. Amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus. Et ex ipsa amoenitate amnis uocatus. Decursus proprie finis cursus. siue aquarū sit seu quarumlibet; Riui dicti quod diriuentur ad irrigandū. id est ad inducendū aquas in agris. Nam irrigare inducere est. Gurges proprie locus altus in flumine; Puteus est locus in quo desessus ex quo hauritur aqua. a potatione dictus. Fons caput aquę nascentis quasi aquas fundens. Quidā aut̄ fluuiorum proprius ex causis nomina acceper̄. Ex quibus non nulli notandi sunt. qui in historiis celebres memorantur.

eufrata

Geon fluuius de paradyso exiens. atq; uniuersā ethiopiam cingens. uocatus hoc nomine. quod incremento suę exundationis terrā egypti irrigat. Ge enī grece. latine terram significat. Hic apud aegyptios nilus uocat̄. propt̄ limum quę trahit quo efficit fecunditatē. Unde & nilus dictus est. quasi neama inaaion. Nam antea nilus latini melo dixer̄. Apparet aut̄ in nilide lacu. de

geon. q̄ et nilus dicit̄.

ge. grece. lat̄ t̄ra.

quo in meridiē uersus excipitur ab egypto ubi aquilonis flatibus repercussus. aquis retro stantibus intumescit. & inundatione egypti facit. Ganges fluuius quē

Phis physon sc̄a scriptura cognominat. exiens de paradyso. pergit ad indię regiones. Dictus aut̄ phison id est caterua. quia decē fluminibus magnis sibi adiunctis cōpletur & efficitur unus. Ganges aut̄ uocatus a rege gangene indię. Fertur aut̄ nili modo exaltari

Tig & sup orientē terras erumpere. Tigris fluuius mesopothamię de paradyso exoriens. & pergens contra assyrios. & post multos circuitus in mare mortuū influens. Uocati sunt aut̄ hoc nomine. propter uelocitatē instar bestię nimia pernicitate currentis;

Eufr Eufrates fluuius mesopothamię de paradyso exoriens. copiosissimus gemmis. qui per mediam babiloniā influit. Hic a frugibus ut ab ubertate nomen accepit. Nam hebraice eufrata fertilitas interp̄tatur. Mesopothamiā enī in quibusdā locis ita irrigat. sicut nilus alexandriā. Salustius aut̄ auctor certissimus asserit tigrim & eufraten uno fonte manare in armenia. qui per diuersa euntes longius diuiduntur. spatio medio relicto multorū milium. Quę tam terra quę ab ipsis ambitur. mesopothamia dicit̄. Ex quo hieronimus atum aduertit aliter de paradysi fluminibus intellegendum.

Indus fluuius orientis qui rubro mare accipit̄.

Sitaspes fuit medorū rex antiquissimus ex quo amnis orientis nom̄ accepit qui nunc idaspis dicit̄. De quo lucanus. Quidū fit fluuius persarū dicit̄ tam contra orientē decurrere.

Bactrus fluuius orientis ē a bacero rege uocatus fertur. a quo & bactriani & urbs eorū.

Coaspis persarum fluuius uocatus eorū lingua. quod mirā aquę dulcedinē habeat. adeo ut

persici reges quamdiu inter ripas persidis fluit
sibi ex eo pocula uindicarunt. Ex hoc amne
quidam cignum cilicie fluuium delibari existi-
mant. Araxis amnis armenie qui ab uno
monte cum eufrate diuersa specie oritur;
dictus quod rapacitate cuncta psternet. Unde
et cum alexander eum transgredi uellet. ponte
fabricato tanta ui inundauit. ut pontem
dirueret. Hic breuibus interuallis ad eufra
tis ortum caput tollit. ac deinde caspium
fertur in mare; Fluuius syrie qui uocatur
orientis. iuxta antiochie muros decurrens.
qui a solis ortu oriens. non longe ab urbe
mare conditur. Quem de originis sue trac
tu orientem ueteres latini appellauere.
Cuius fluentis ex ipso impetu frigidioribus.
et zephyris assidue ibi spirantibus tota ciui
tas momentis prope omnibus refrigeratur.
Iordanis iudee fluuius a duobus fontibus no
minatur. Quorum alter uocatur ior. alter dan.
His igitur procul a se distantibus in unum alueum
federatis. iordanis deinceps appellatur.
Nascitur autem sub libano monte. et diuidit iu
deam et arabiam. Qui per multos circuitus iux
ta iericho in mare mortuum influit; Fasis
causcaseis montibus fusus cum pluribus aliis
in eusinum se precipitat mare. Unde et nuncupatur;
Cignus amnis cilicie a tauro monte progrediens.
miram aquarum habens suauitatem. et quia
quicquid candidum est. cignum gentili lingua
physi dicunt. Unde amni huic nomen datum.
quia autumno et aestate quando niues
soluuntur tumescit. Reliquis anni tempo
ribus tenuis est et quietus; Illas fluuius asie.
arenas aureas trahens. De quo uirgilius. pacto
lusque irrigat auro. Quem pro aurato fluore
alter crisoroam uocant. Hermus fluuius
asie qui smyrnos secat campos. et ipse
fluctibus aureis et are- nis plenus.
a quo et smyrna uocata est; Meander am
nis asie flexuosus. qui recurrentibus ripis
inter cariam et ioniam precipitatur in sinum.
qui miletum diuidit et prienam. Meander autem
uocatus. quod sit flexuosus. et numquam currat
rectus. De quo ouidius. Curuis ludit meander
in undis. Tanus fuit rex scitarum primus.
a quo tanais fertur fluuius nuncupatus.
qui ex rifeis siluis ueniens diuidit europam
ab asia. inter duas mundi partes medius
currens. atque in pontum fluens; Inacus achaie
amnis argolicos irrigans campos. quem rex
inacus a se nominauit. qui exordium argiue
genti primus dedit. Ibi et erimantus ab eri
mantio monte dimissus; Padus italie fluuius
a iugis alpium fusus. ex tribus fontibus oritur.
ex quibus uni uocabulo est padus. quod diffusus
in modum stagni amnem sinu digerit. a quo
et padus est nuncupatus. Hic a grecis eridanus
cognominatur ab eridano solis filio. quem feton
tem dicunt. qui fulmine percussus in eodem flu
uio deiectus est et extinctus; Augetur autem ex ortu
canis liquescentibus niuibus. et cum accessione
triginta fluminum circa rauennam in adriaticum
mare defertur. Tiberis italie fluuius a tibe
rino rege albanorum dictus appellatus. qui in
hunc fluuium cecidit. et de exitu suo nomen
dedit. Nam ante albula antiquum nomen a co
lore habuit. quod niuibus albus sit. Ipse est
autem tibris qui et tiberis. Sed tiberis in cotti
diano sermone. tybris in uersibus dicitur. Danu
bius germanie fluuius uocari fertur a niuium
copia. quibus magis augetur. Iste est qui in eu
ropam plus omnibus habet famam. Idem et hister.
quia diu per innumeras si— uadit

Araxis · Meander · Tanais · Inacus · Erimantus · Padus · Iordanis · Tiberis · Danubius

ARARIM. RODANUS. RENUS. DEUCALIONIS. IBERUS. MINEUS.

gentes mu[...] tat & nomen & maiores sibi ambi[...] endo colligit uires.

Oritur germaniis iugis & occidentalibus partibus barbariae pergens contra orientem sexaginta in se fluuios recipit. Septem ostiis in ponticum influuit. Ararim fluuius germaniae de quo uirgilius: Aut ararim parthus bibet; Rodanus galliae fluuius ab oppido cognominatus. quem coloni rodiorum locauerunt. qui rapido concitus cursu tirreni aequoris freta scindens. non modicum saepe nauigantium facit periculum dum inter se maris fluctus & amnis fluenta decertant; Renus a rodani sotietate fertur uocatus. quoniam cum eodem ex una prouintia oritur. Est autem germaniae fluuius inter tres europae maximus fluuius computatus. qui a iugo alpium usque in oceanum profunda cursus suos dirigit. Iberus amnis qui quondam totius spaniae nomen dedit; Mineus fluuius galliciae nomen a colore pigmenti sumpsit. qui in eo plurimus inuenitur; Durius a grecis quasi doricus stagnum fluuium cartago spaniae nuncupauit. ex qua ortus procedit. Fluuius arenis auriferis copiosus. & ab hoc ceteris fluuiis spaniarum prelatus; Betis fluuius qui & beticae prouinciae nomen dedit. De quo martialis.

Betis oliuifera crinem redimite corona aurea qui nitidis uellera tinguis aquis. eo quod ibi lanae pulchro colore tinguantur. Betis autem dictus. eo quod humili solo decurrat. Betin enim greci humilem uel mersum uocant. Quaedam autem flumina in diluuio soluta mole terrarum percussa sunt. Quaedam uero quae non erant. abyssi tunc ruptis meatibus eruperunt.

diluuii.

## DE DILUUIIS. XI

Diluuium dictum quod aquarum clade omnia quae inundauerit deleat. Primum diluuium extitit sub noe. quando hominum sceleribus offensus omnipotens. toto corde contectu deletis cunctis unum spatium celi fuit ac pelagi. Cuius inditium hactenus uidemus in lapidibus quos in remotis montibus conchis & ostreis concregatis saepe & iam cauatos aquis uisere solent.

Secundum diluuium fuit in achaia iacob patriarchae ———— & ogigi temporibus qui eleusinae conditor & rex fuit. nomenque loco & tempori dedit. Tertium diluuium in tessalia moysi uel amfictioni temporibus fuit. qui tertius post cicropem regnauit.

Cuius temporibus aquarum illuuies maiorem partem populorum tessaliae absumpsit perfuga montium liberatis. maxime in monte parnaso in cuius circuitu deucalion tunc regno potiebatur. Qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina parnasi iuga fouit & aluit. A quo propterea genus hominum grecorum fabulae ex lapidibus reparatum ferunt ab eo propter hominum insitam artis duritiam. Sed & flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem uel diuturnitate uel magnitudine redundant. multaque prosternunt. & ipsa diluuium dicuntur.

Sciendum autem flumina cum supra modum crescunt. non tantum ad presens inferre damna. sed etiam & aliqua significare futura.

## ITEM IN LIBRO QUO SUPRA

me arabia. Eudemon babillonia. regionis ca
put babyllon urbs est a quo & nuncupata e.
tam nobilis ut caldea & assyria & mesopotha
mia in eius nomen aliquando transierunt.
Arabia appellata id est sacra. Hoc enim significari
interpretatur. eo quod sit regio turifera
odores creans. Hinc eam greci eudemon. nostri
beatam nominauerunt. In cuius saltibus & myrra
& cinnamum prouenit. Ibi nascitur auis fenix.
sardonis gemma & yris. molocides & pedorota
ibi inueniuntur. Ipsa est saba appellata. a filio chus
qui nuncupatus est saba. Hec autem angusto
terre tractu ad orientem uersus ad persicum
sinum extenditur. Cuius septentrionalia
caldea claudit. occasum sinus rubri arabicus.
Syriam. syrus quidam perhibetur indigena a suo
uocabulo nuncupasse. Haec ab oriente flu
uio eufrate. ab occasu mari nostro & egypto
terminatur. Tangens a septentrione arme
niam & cappadociam. a meridie sinum arabicum.
Situs eius porrectus inmensam longitudinem.
in lato angustior. Habet autem in se prouintias
conmagenam. feniciam & palestinam. Cuius pars
est iudea absque sarracenos & nabateos. Con
magena prima prouintia syrie a uocabulo
conmage urbis nuncupata. que condam
ibi metropolis habebatur. Huius est septentrio
ne ab ortu mesopotamiam. a meridie syriam.
ab occasu mare magnum. Fenix cadmi frater
de tebis egyptiorum in syriam profectus apud
sidonem regnauit. eamque prouintiam ex suo
nomine feniceam appellauit. Ipsa est ubi
est tyrus ad quem esaias loquitur. Habet autem
ab oriente arabiam. a meridie mare rubrum.
Palestina prouintia philistim urbem metro
polim habuit. que nunc dicitur ascalon.
Ex qua ciuitate omnis circa eam regio pales
tina est nuncupata. Huius ab oriente mare
rubrum occurrit. a meridiano latere iudea
excipitur. a septentrionali plaga tyriorum
finibus clauditur. ab occasu egyptio limite
terminatur. Iudea regio palestine ex nomi
ne iude appellata. ex cuius tribu reges habuit.
Hec prius canaan dicta a filio cham. siue a de
cem cananeorum gentibus. quibus expulsis eadem
terram iudei possiderunt. Initium longitudinis
eius a uico arsa usque ad uicum iuliadem porri
gitur. In quo iudeorum pariter ac tyriorum comu
nis habitatio est. Latitudo autem eius a monte
libano usque ad tyberiadis lacum extenditur.
In medio autem iudee ciuitas hierosolima est.
quasi umbilicus regionis totius. Terra uariarum
opum diues. frugibus fertilis. aquis inlustris.
opima balsamis. Unde secundum elementorum
gratiam estimauerunt iudei eam promissam
patribus terram fluentem melle & lac. cum hinc
illis deus resurrectionis prerogatiua pollice
retur. Samaria regio palestine ab oppido
quodam nomen accepit qui uocabatur samaria.
Ciuitas condam regalis in israhel. que nunc nomine
sabastia nuncupatur. Haec regio inter iudeam
& galileam media iacet. incipiens a uico cui
nomen est eleas. desiniens in terra hacrabat. Situs
eius natura consimili nec ullo differens a iudea.
Galilea regio palestine. uocata quod gignat can
didiores homines quam palestina. Hec autem
duplex est. superior & inferior. sibi tamen
conexe syrie fenice adherentes. Terra earum
opima & ferax. & fructibus satis fecunda. Pen
tapolim regio in confinio arabie & palestine
sita. dicta a quinque ciuitatibus impiorum que
celesti igne consumpte sunt. Terra amplius
ab hierosolimis olim uberrima. nunc autem de
serta atque exusta. Nam pro scelere incolarum

decęlo descendit ignis· qui regionē illā inci
neres aeternos dissoluit· Cuius umbra quędā
& species & fauillis & in arboribus ipsis & iam
adhuc uidetur· Nascuntur enī ibi poma ui
rentia subtantia specie· maturitatis· ut eden
di desideriū gignant· Si carpas· fatescunt
ac resoluunt̄ incinerem· fumumq; exalant
quasi adhuc ardeant· Nabathea regio·
anabeth filio ismael nuncupata· Iacet aut̄
inter iudęam & arabiam· & surgens ab eu
frate inmare rubrū porrigit· & est pars
arabię· Egyptus qui prius eria dicebatur· (De egypto)
ab egypto danai fratre postea ibi regnan
te nomen accepit· Hec ab oriente syrię·
a rubro mari coniuncta· ab occasu libiam
habet· a septentrione mare magnū· a me
ridie uero introrsus recedit pertendens usq;
ad ęthiopas· Regio cęli imbribus insueta· &
pluuiarū ignara· nilus solus eam circūfluens
irrigat & inundatione sua fecundat· Vnde
& ferax frugibus· multam partē terrarum
frumento alit· Cęterorū quoq; negotiorū
adeo copiosa· ut impleat necessariis mercibus
& iam orbem terrarū· Finis egypti canopea
a can[o]ope menelai gubernatore· sepulto
in ea insula quę libię principiū & ostium
nili facit· Seres· oppidum orientis· a quo
& gens sericum & regio nuncupata ē· Hęc
a scittico oceano & mari caspio ad oceanū
orientalē inflectitur· nobilibus frondibus
fertilis· e quibus uel[ut] lana decerpunt̄· quę ce
terarū gentiū seres ad usum uestium uen
dunt· Bactrię regioni ꝓprius amnis bac
tros uocabulū dedit· patre huius quę pe
ne sunt ꝓ pane iugis ambiuntur· Quę
aduersę sunt indi fluuii fontib; terminant̄·
reliquā includit occus pluuias mittit·

bactria forti prosimos camelos nūquā ad
terentes pedes· Scithia sic̄ & gothia a ma
gog filio iafeth fertur cognominata·
cui terra olim ingens fuit· Nam ab orien
te india· septentrione ꝑ paludes meotides·
inter danubiū & oceanū usq; ad germanię
fines porrigebat̄· Postea uero minor ef
fecta· a dextra orientis parte qua ocean[u]s
sericus tendit̄ usq; ad mare caspiū qd̄ ē
ab occasu· dehinc ad meridiē usq; ad occa
sigū deducta est· Cui subiacet yrania·
ab occasu· habentes pariter gentes mult[as]
ꝓpter terrarū infecunditatē late uagan
tes· ex quibus quędā agros incolunt· quę[dā]
portentuosę ac truces carnibus humanis &
eorū sanguine uiuunt· Scithię plures terr[ę]
sunt locupletes· inhabitabiles tam̄ plures·
Nam dum inplerisq; locis aurū & gemmis afflu
ant· trifolorum inmate accessus hominum
rarus est· Zmaragdis aut̄ optinens hęc patria
est· [Cy]ianeus quoq; lapis & cristallus purissi
mus scithię est· Habet & flumina magna·
oscorū· fasidem· atq; araxen· Hyrcania dicta
a silua hyrcana· quę scithię subiacet· Habet
ab oriente mare caspiū· a meridie armeniā
a septentrione albaniā· ab occasu hyberiam·
Est aut̄ siluis aspera copiosa· inmanibus feris·
tigribus panterisq; & pardis· De qua uirgilius·
Hyrcanęq; admorunt ubera tigres· Albania
a colore populi nuncupata· eo qd̄ albo
crine nascantur· Hęc ab oriente sub mare
caspiū surgens· ꝑ ora oceani septentrionalis
usq; ad meotides paludes ꝑ deserta & incul
ta extenditur· Huic terrę canes ingentes
sunt· tanteq; feritatis ut tauros ꝓmant· leo
nes perimant· Armenia nuncupata ab
armeno iasonis tessali comite· q[ui] ammisso

rege iasone collecta multitudine eiusq; pas
sim uagabatur carmenia cepit. & ex suo
nomine nuncupauit. Sita est aut inter
taurum & caucasum. capadocie. usq; ad caspium
mare protensa. habens a septentrione ce
raunios montes. ex cuius collibus tigris flu
uius nascitur. & in cuius montibus arca post
diluuium sedisse phibetur. Dupplex e aut
armenia. superior & inferior. sic due pan
nonie. Yberia regi[illegible] asie est prope
pontum armenie iunc[illegible]ta. In hac erbe
tincture utiles nascuntur. Capadocia
urbs propria nominauit. Hec in capite
sirie sita. ab oriente armenia tangit.
ab occasu asiam minore. ab aquilone ma
re et ymericii & themisciros campos. quos
abuere amazones. a meridie uero taurum
monte. cui subiacet cilicia & ysauria usq;
ad cilicium qui expectat contra insulam
cyprum. Terra eius ante alias [illegible]
nutrix equorum alis amnis p[illegible] eam
fluit qui condam lidie regna disiunxit
a persis. Asia minor. ab oriente cappadocia
cingitur. ab aliis partibus undiq; mari cir
cumdat. Nam a septentrione pontum euxi
num habet. ab occasu ppontidem. a meridie
egyptium mare. Habet puintias. bithi
niam. frigiam. galatiam. lidiam. cariam.
pamphiliam. hysauriam. liciam. atq; cili
ciam. Prima asie minoris bithinia in ponti
exordio ad partem solis orientis aduersa
tracie iacet. multis antea nominibus appel
lata. Nam prius hebracia dicta. deinde mig
donia. mox a bitino rege bethinia nuncu
pata. Ipsa est & maior frigia. Nicomedia
urbs in ea est. ubi anibal fugiens ueneni
haustu animam expirauit. Galatia dicta

a priscis gallorum gentibus a quibus exitit occu
pata. Nam galli in auxilium a rege bithinie
uocati regnum cum eo parta uictoria diuiser
sicq; inde grecis admixti primum gallo greci.
nunc ex antiquo gallorum nomine galathe
dicuntur. & eorum regio galatia nuncupatur.
Frigia dicta a frigia esopi filia. Hec & darda
nia a dardano iouis filio dicta. De quo ho
merus ait. Que primus genuit celesti iup
piter arce. Hic enim pfectus de corintho ci
uitate primus uenit in frigiam. Est aut regio
troadis supiecta ab aquilonis parte galicie.
a meridiana uicina est licaone. ab oriente
lydie adheret. ab occidente ellesponto mari
terminatur. Huius regio troia est. quam
ex suo nomine appellauit tros troianorum
rex ganimedis pater. Due sunt aut frigie.
maior & minor. Maior frigia hysmirnam
habet. minor uero ilium. licaoniam. cariam
hermus fluuius discernit a frigia. Lydia.
sedes antiqua regnorum. quam pactuli unda
extulit indiuitias torrentibus aureis. Hec
ante amonia dicebatur. Que dum pbitate
duos fratres reges lydum & tyrenum ferre
non posset. ex sorte tyrenus cum ingenti multi
tudine profectus loca gallie occupauit.
& tyreniam nominauit. Lidia aut a lydo
regis fratre qui in patria remanserat cog
nominata est. Coniungitur aut ab occidente
minoris frigie. ab ortu hysmirnam urbem
habet. quam meles fluuius cingit. cuius
campus pactulus & hermes circumflu
unt arenis aureis ditissimi. Pamphilia hy
sauria ex situ loci phibetur cognominata.
qd undiq; aperta aurarum flatibus pateat.
Metropolim urbem seleuciam habet. Cilitia
a cilice quodam nomen traxit. que ortum fenice

dicunt. Antiquioresque ioue fuisse asserunt.

Plurima iacet campis recipiens: ab occiduo liciam. a meridie mare isicum. a tergo montis tauri iuga. Hanc cignus amnis intersecat.

Matrem urbium habet tarsum in ea & corricus oppidum est. unde crocum plurimum & optimum uenit spiramine flagrantior. & colore plus auro. Licia nuncupata quod ab oriente adiuncta ciliciae sit. Nam habet ab ortu ciliciam. Ab occasu & meridie mare a septentrione cariam. Ibi est mons cimera qui nocturnis estibus ignem exalat. sic in sicilia & ethna & uesulus in campania.

## POST ASIAM AD EUROPAM STILUM UERTIMUS.

Europa quippe agenoris regis libyae filia fuit. quam iouis ab africa raptam creta aduexit. & partem tertiam orbis ex eius nomine appellauit. Iste est autem agenor libyae filius. ex qua & libia id est africa fertur cognominata. Unde & apparet prius accepisse uocabulum. postea europa. Europa autem in tertia parte orbis diuisa incipit a flumine tanai descendens ab occasu per septentrionalem oceanum usque in fines hispaniae. Cuius pars orientalis & meridiana a ponto consurgens tota mari magno coniungitur. & insula gadis finitur.

Prima europae regio scitia inferior. quae a meotidis paludibus incipiens inter danubium & oceanum septentrionalem usque ad germaniam porrigitur.

Quae terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. Cuius pars prima alania est. quae ad meotidas paludes pertingit. Post hanc dacia ubi & gotia. Deinde germania. ubi plurimam partem sueui incoluerunt. Germania post scitiam inferiorem a danubio inter renum fluuium oceanumque conclusa cingitur. a septentrione & occasu oceano. ab ortu uero danubio. a meridie reno flumine dirimitur. Terra diues uirorum. ac populis numerosis & inmanibus.

Unde & propter fecunditatem gignendorum populorum germania dicta est. Gignit aues hircanias. quarum pinne nocte perlucent.

Bisontes quoque feras & uros atque alces parturit.

Mittit & gemmas christallum & sucinum. calacum quoque [illegible] uiridem & ceraunium candidum. [illegible] Duae sunt autem germaniae. superior iuxta septentrionalem oceanum inferior circa renum. Prouincias autem quas danubius a barbarico ad mediterraneum mare secludit. prima est missia a mesium prouentu uocata. Unde & eam ueteres cereris horreum nuncupabant. Haec autem ab oriente ostius danubii iungitur. ab euro uero tracie. a meridie macedoniae. ab occasu istriae copula[illegible]tur. Post missiam autem pannonia unde [illegible] noricus ager frigidus & partius fructuosus. Postquam retieus frugibus ferax. qui excipit galliam belgicam. Tracie. tyras iafeth filius ueniens nomen dedisse perhibetur. Alii a seuitia incolarum traciam appellatam dixerunt. Huic ab oriente propontis & urbs constantinopolis opposita est. A septentrione uero ister obtenditur. a meridie uero egeo mari adheret. ab occasu macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim uesorum populis mesii getae sarmatae scitae. & aliae plurimae nationes incoluerunt. Amples enim ideo plurimas continuit gentes. Ebrum fluuium tracia fundit. qui & iam gentes barbaras plurimas tangit. Grecia a greco rege uocata. qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem prouinciae greciae septem. quarum prima ab oc

cidente dalmatia· inde ephirus· inde ladas·
inde tessalia· inde macedonia· inde achaia·
& duę in mari· creta & cyclades· Illiricus autē
generaliter omnis grecia ē· Dalmatia a delmi
maxima eiusdē prouintię ciuitate traxisse
nomē estimatur· Adheret autē ab oriente
macedonię· a septentrione mysię· ab occasu
histrię terminatur· a meridie uero adriatico sinu
clauditur· Ephirus a pirro acillis filio cogno
minata· cuius pars caonia· quę ante molosia
dicta ē a moloso filio pirri quē andromathā
habuit· Sed postquā occisus est pirrus orestis
insidiis· andromatham elenus suscepit· tenu
itque regnū priuigni qui successerat· pa
tria comolosia dicta ē pars epirri quā eleni
postea a fratre caone quē in uenatu pigno
rantiā dr̄ occidisse caoniā nominauit· quasi
ad solatium [illegible] fris extincti· Elladas dicta
a rege ellan [illegible] a deo calonis & pirri filio·
a quo & prius [illegible] greci elenes nuncupati s̄t·
Ipsa est attica terra ante prius dicta· Nam grani
quidā greci te indigena fuit· ex cuius filia
attis nomine attica terra uocata ē· Hec int
macedoniā & achaiam medio iacet· archa
die a septentrionali parte coniuncta· Ipsa
ē & uera grecia· ubi fuit athenas ciuitas
mater liberalium litterarū & philosophorū
nutrix· qua nihil habuit grecia clarius
atq; nobilius· In ea ē & maratonicus campus·
oppinione condā prelii cruentissimus·
Elladas autē duę sunt prouintię· boetia & pelo
ponensis· Boetia autē dicta hac ex causa·
Cum cathemus agenoris filius europā soro
rem a ioue raptam ex precepto genitoris
quereret nec repperiret· patris iram for
midans confirmato animo elegit exiliū·
Nam bouis forte conspecte secutus uestigia·
amplexus ē sedem ubi illa recubauerat· Sicq;
locū de nomine bouis boetiā nominauit·
ubi & thebas urbē construxit· Eadem esonia
uocata a fonte quodā appollonis & musis con
secrato qui in eadem boetia est· Peloponensis
uero secunda pars elladis· a pelope regnata
atq; uocata· Tessalia· a tessalo rege cogno
minata· quę ea meridiana plaga macedo
nię coniuncta ē· cui a tergo pieria· multa
in tessalia flumina & oppida· inter quas p̄ci
pue tessalonica & thebas· ubi olim ciuilia
bella detonuer̄· & ubi nat' ē apollo & hercules·
maior ille thebanus· Ibi ē & mons parnasus·
condam apolloni consecratus· Tessalia patris
acillis· & origo lapidorū fuit· De quibus fertur
qđ hi primū equos frenis domuerint· Unde
& centauri dicti sunt· In tessalia primū solidi
aurei facti sunt· domandorū quoq; equę
usus primū repertus ē· Macedonię in exordio
ab emathio rege emathio nomē erat· Sed mace
do deucalionis maternus nepos postquā ibi
accepit principatū mutauit uocabulum·
macedoniāq; a suo nomine dixit· Est autē con
finis ab oriente egeo mari· a meridie achaię·
ab occasu dalmatię· a septentrione misię
patrię alexandri magni· & regio aureis
uenis ar- gentiq; opima· lapidē quē peni
ten uocant ista gignit· Mons olimpus in ea ē·
qui excellenti uertice tantus attollitur
ut in eacumine eius nec nubes nec uenti
sentiantur· Achaia· ab acheo rege & urbs &
prouintia appellata· Hec pene insula est·
Nam absq; septentrionali parte qua macedo
nię iungitur· undiq; septa est mari· Ab orien
te habet enī mirtetū mare· ab euru reticū·
a meridie ioniū· ab affrico & occasu cassio
pas insulas· A sola septentrionali parte

macedonie uel attice terre adiungitur. Fluuius
caput e urbs corinthus grecie decus. Inacus
est achaie fluuius. Arcadia uero sinus
achaie est. in platani folii interionii & egi
nii mare exposita. quam archas iouis & calisto
filius pelargis inductione redactus ex suo
nomine arcadiam nuncupauit. Ipsa e & sci
tonia a scitione rege. a quo & regnum sici
oniorum e dictum. Habet autem arcadia fluuium
magnum erimantum. abestu quoque lapidem q
semel accensus numquam extinguitur. Candi
dissime & iam merule ibi nascuntur. Lace
demonia pannonia. ab alpibus apenninis
e nuncupata. quibus ab italia secernitur.
Regio uiro fortis & solo recta. Duobus satis
acribus fluuiis drauo sauoque uelata. Con
iungitur autem cum norico & retia. habens ab
oriente mysiam. ab euro triam. ab affrico uero
appenninos habens. ab occasu galliam
belgicam. a septentrione danubii fontem.
uel limitem qui germaniam galliamque secer
nit. Siriam ster amnis uocauit. qui eius
terram influit. ipse est danubius. Habet
autem a septentrione pannoniam. Italia
olim a grecis appellata e. Deinde a re
gis nomine saturnia. mox & latium
dicta. eo quod idem saturnus a ioue sedibus
suis pulsus ibi latitauerit. postremo ab
italo siculorum rege ibi regnante italia
nuncupata e. Cuius situs longitudine
amplius quam latitudine. a circio in eurum
extenditur. a meridie tyrreno mari.
ab aquilone adriatico clauditur. ab
occiduo alpium iugis finitur. Terra
omnibus in rebus pulcherrima. soli ferti
litate. pabuli uberitate gratissima ha
bet. lacus uenacum. auernum atque lucrinum.

fluuios eridanum & tyberim & tepentes fon
tibus baianis. gignit gemmas sirtitem. ligu
rium & corallium. Boam quoque serpentem. lin
cem feram. & diomedias aues. Italia autem
& hispania idcirco esperie dicte. quod greci
uespero stella nauigant. & in italia & his
pania que adratione discernuntur. Aut
enim esperiam solam dicis & significas italiam.
aut addis ultimam & significas hispaniam
quia in occidentis est fine. Tuscia pars
italie. Umbria uero pars tuscie. Tuscia
autem a frequentia sacrorum & turis uocata
ΑΠΟΤΥ ΙΗΥ ΖΙΝ. Umbria uero his
torie narrant. eo quod tempore a quo cela
dis ymbribus superfuderit. & ob hoc umbri
am grece cognominatam. Est enim in iugis
apennini montis sita in parte italie in
meridie. Etruria pars italie [illegible] dicta quod eius
fines tendebant usque ad [illegible] ripam tybe
ris. quasi anepocopor [illegible] Etam enim
significat alterus. Oros fines uocatur.
Rome enim fines ante unam tantum tyberis
ripam tenebant. Alii & ruriam dictam
ab erusco principe putant. Idem & tyr
renia a tyrreno lydi fratre. qui ex cor
eum populi parte demonia uenit ad italiam.
Hec e & tuscia. Sed tusciam dicere non debemus
quia nusquam legimus. Tuscia autem a fre
quentia sacrificii & turis dicta e ΑΠΟ
ΘΥΟΥΝΕΙ & aruspicinam dicunt ee repertam.
Appulia ubi brundisium quam & olisse tito
medem ducem condiderunt. Campania
habet terras geminas anni atque estate
uernantes. Sol ibi mitis. grata temperies.
aer purus & blandus. Gallia a candore
populi nuncupata est. Gala enim grece
lac dicitur. Montes enim & rigor celi ab

ea parte solis ardore excluduntur. quod sit ut candor corporum non coloretur. Hanc aboriente alpium iuga tuentur. ab occasu oceanus includit. a meridie prerupta quirinei. a septentrione reni fluenta atque germania. cuius initium belgica finit. Aquitania est regio gleba uberis ac pabulosa. & ad usum animantium apta. fluminibus quoque & fontibus rigua. perfusa duobus magnis reno & rodano fluuiis. Belgis autem ciuitas est galliae. quo belgica prouintia dicta est. Cisalpina. quia circa alpes. Transalpina. id est transalpes contra septentrionem. Recia uero. quod sit iuxta renum. Aquitania autem ab obliquis aquis ligeri fluminis appellata. qui ex plurima parte terminus eius est eamque pene in orbem cingit. Hyspania prius ab hybero amne hyberia nuncupata. Postea uero ab hyspalo hyspania cognominata est. Ipsa est & uera esperia ab esperio stella occidentali dicta. Sita est autem inter affricam & galliam. a septentrione quiriensis ~~montib~~ montibus clausa. a reliquis partibus undique mari conclusa. Salubritate celi aequalis. omnium frugum generibus fecunda. gemmarum metallorumque copiis ditissima. magna betis. mineus. iberus. & tagus. aurum trahens ~~et~~ et pactulos. Habet prouintias sex. Tarraconensem. cartaginiensem. lusitaniam. galliciam. beticam. & trans freto iam in regione affricae tingitaniam. Duae sunt autem hyspaniae. Citerior. quae in septentrionis plaga a pirinio usque ad cartaginem porrigitur. Interior. quae in meridie a celtyberis usque ad gaditanum fretum extenditur. Citerior autem & ulterior dicta. quasi citra & ultra. Sed citra quasi circa terras & ultra. uel quod ultima. uel quod non sit post hanc ulla. hoc est alia terra.

DE LIBIA III.

Libia dicta. quod inde lybs flat hoc est affricus. Alii aiunt epafum iouis filium qui memfim in egypto condidit. ex casiota uxore procreasse filiam libiam. quae postea in affrica regnum ... possedit. cuius ex ... nomine terra libia ... est appellata. Affricam autem nominatam quidam inde existimant quasi apricam. quod sit aperto celo uel soli. & sine orrore frigoris. Alii dicunt affricam appellari ab uno ex posteris abrahe de cetura. qui uocatus est affer. de quo supra meminimus. Incipit autem a finibus egypti. pergens iuxta meridiem per ethiopiam usque athlantem montem. a septentrionali uero uero parte mediterraneo mari coniuncta clauditur. & in gaditano freto finitur.

Habens prouintias lybiam cyrenensem. pentapolim. tripolim. bizantium. cartaginem. numidiam. mauritaniam sitifensem. mauritaniam cesariensem. mauritaniam tingitaniam. Et circa solis ardorem & inopiam. Lybia cyrenensis. in parte affricae prima est. a cyrene urbe metropolim quae est in eius finibus nuncupata. Huic ab oriente egyptus est. ab occasu syrtes maiores & trogodite. a septentrione mare libuum. a meridie ethiopia & barbarorum uariae nationes. & solitudines inaccessibiles. quae etiam bassiliscos serpentes creant. Pentapolis greca lingua a quinque urbibus nuncupata. id est berronice. ceintria. appollonia. ptolomius &

& berronice a regionibus nominatę sunt ·
E st autem pentapolis libye cirenensis adiuncta ·
& in eius finibus deputata · Tripolitanam quoque
prouinciam greci lingua sua signant · Habet
ab oriente sirtes maiores & trogodytas · a sep
tentrione mare adriaticum · ab occasu bi
zatium · a meridie getuli & gramantas usque
ad oceanum [illegible] & ioniu[m] pertendentes ·
B izacena [illegible] regio · ex duobus nobi
lissimis [illegible] oppidis nomen sortita
est · [illegible] Ex quibus una adrometus
uocatur · Hęc sunt tria poli · Est pa
tenus passuum ducenta uel amplius milia ·
F ecunda oleis & glebis ita praepinguis · ut iacta
ibi semina incrementa pene centesimi frugis
renascantur · Zeugis ubi cartago magna ·
I psa est & uera affrica · inter bizatium & nu
midiam sita · a septentrione mari siculo
iuncta · & a meridie usque ad getulorum regio
nem porrecta · Cuius proxima quoque frugi
fera sunt · Interiora autem bestiis & serpen
tibus plena · atque onagris magnis in deser
tum uagantibus · Getuli autem affri[illegible]ce pars
mediterranea est · Numidia ab incolis pas
sim uagantibus sic uocata · quod nullam certam
haberet sedem · Nam lingua eorum incerte
sedes & uage numida dicuntur · Incipit autem
a flumine amsiga · in zeugitanum limitem
desinit · habens ab ortu sirtes minores ·
a septentrione mare quod tendit sardiniam ·
ab occasu mauritaniam sitifensem · a meridie
ęthiopium gentes · Regio campis praepinguis ·
U bi autem siluestris est · feras educat · Ubi iugis
ardua · Equos & onagros procreat · Eximio & iam
marmore praedicatur quod numidicum dicitur ·
H abet autem urbes precipuas ypponem regio ·

& rusicadam · Mauritania uocata a colore
populorum · Greci enim nigrum mauron uocant ·
S icut enim gallia a candore populi · ita mau
ritania a nigrore nomen sortita est · Cuius
prima prouintia mauritania sitifensis est
quę sitifi habuit oppidum · a quo & uoca
bulum traxisse regio perhibetur · Mauritania uero
cesariensis colonię cesarea ciuitas fuit ·
& nomen prouintię ex ea datum · Utreque igitur
prouintię sibi coniunctam ab oriente num
diam habent · a septentrione mare magnum
ab occasu flumen maluam · a meridie mon
tem astrixim qui discernit inter fecundam
terram & arenas iacentes usque ad oceanum ·
M auritania tingitania a tingi metropolita
na huius prouintię ciuitate uocata est ·
H ec ultima affrica · exurgit a montibus
septem · habens ab oriente flumen maluam
a septentrione fretum gaditanum · ab occa
duo oceanum athlanticum · a meridie gaula
lum gentes · usque ad oceanum esperium perramantes ·
Regio gignens feras · simias · dracones & stru
tiones · Olim & iam & elefantis plena fuit ·
quos sola nunc india parturit · Garaman
tis regionis caput garamina oppidum
fuit · Est autem inter cirenensem & ęthiopiam ·
ubi est fons qui r[i]get calore diei & calet
frigore noctis · Ethiopia dicta a calore
populorum · quod solis uicinitas torret · Denique
ui sideris prodit hominum color · Est enim
ibi iugis ęstus · Nam quicquid eius est sub me
ridiano cardine est · Circa occiduum autem
montuosa est · arenosa in medium · Ad orienta
lem uero plagam deserta · Cuius situs ab oc
ciduo athlantis montis · ad oriente usque
in egypti fines porrigitur · a meridie oceano

a septentrione nilo flumi
ne clauditur. Plurimas ha
bens gentes. diuerso uultu & monstruosa
specie. Ferarum quoque & serpentium referta
est multitudine. Illic quippe rinocerota
bestia & camelo pardus. Basiliscus. dracones
ingentes. ex quorum cerebro gemme extrahunt.
Iaquintus quoque & crisopassus ibi reperiuntur.
cinnamomum ibi colligitur. Duę sunt
autem ęthiopię. Una circa ortum solis. alte
ra occasum in mauritania. Extra tres autem
partes orbis quarta pars trans oceanum
interior est in meridie. quę ex solis ardore
incognita nobis est. In cuius finibus antipodas
fabulose inhabitare produntur. Proximo
autem spanię mauritania est. Deinde numi
dia. Inde regio cartaginensis. postque
getulia accipimus. post ethiopiam. Inde
loca exusta solis ardoribus. Sciendum sane
quod quędam prouincię primum de nomine auc
toris appellatę sunt. Postea a prouintia
gentis nomen est factum. Nam ab italo italia.
& rursum ab italia itali. Et sic utuntur ip
sa nomina gentis quomodo fuit istud no
men auctoris. unde diriuatum est nomen pro
uintię. Ex quo accidit ex uno homine no
minari & ciuitatem & gentem & regionem.
Prouintię autem ex causa uocabulum acceperunt.
Principatus namque gentium qui ad reges aliud
pertinebant cum in ius suum romani uincendo
redigerent. procul positas regiones prouin
tias appellauerunt. Patria autem uocata quod
communis sit omnium qui in ea nati sunt.
Terra autem significari ut prędiximus elementum.
Terras uero singulas partes. ut affrica.
italia. Eadem & loca. Nam loca & terrę
spatia in orbe terrarum multas in se continet
prouintias. Sic in corpore locus est pars ulla
multa in se continens membra. Sic & domus
multa in se habens cubicula. sic terra & loca
dicuntur terrarum spatia. quorum partes sunt
prouintię. sic in asia frigia. in gallia retia.
in spania betica. Nam asia locus est. prouin
tia asię frigia. Troia regio frigię. ilium
ciuitas troię. Item regiones partes sunt pro
uintiarum quas uulgus conuentus uocat.
Sic in frigia troiam. sic in gallecia cantabriam
asturiam. A rectoribus autem regio nuncupata
est. Cuius partes territoria sunt. Territorium
autem uocatum quasi tauritorium tritum bubus &
aratro. Antiqui enim sulco ducto & possessionum
& territorium limites designabant.

## DE INSULIS ET PROMUNTURIIS. VI.

Insulę dictę quod in salo sint. id est in mari. Ex his
queque notissimę. quas plurimi ueterum soller
ti studio indagauerunt notanda sunt. Brittania
oceani insula interfluso mari toto orbe di
uisa. a uocabulo suę gentis cognominata.
Hęc auersa galliarum parte a prospectu hispa
nię sita est. Circuitus eius quadragies octies
septuaginta quinque milia. Multa & magna
flumina in ea. fontes calidi. metallorum larga
& uaria copia. Gagates lapis ibi plurimus &
margaritę. Tanatos insula oceani freto galli
co a brittania est uario tenuis separata. flumin
tarus campis & gleba uberi. Dicta autem tana
tos a morte serpentium. quos dum ipsa nesciat
asportata inde terra quoquo gentium uecta
sit. angues ilico perimit. Tilis ultima insula
oceani inter septentrionalem & occidentalem
plagam ultra brittaniam a sole nomen habet.
quia in ea estiuum solstitium sol facit & nul
lus ultra eadem dies. Unde & pigrum & con
cretum est eius mare. Orcades insulę oceani

intra & brittaniā positę· numero triginta tres·
Quarū uiginti desertę sunt· tredecim colunt̄·
Hiscotia idem & hibernia proxima brittanię
insula spatio terrarū angustior sed situ
fecundior· Hęc ab affrico in borea porrigitur·
Cuius partes priores hiberiā & cantabricum
oceanum intendunt· Unde & hibernia dicta·
Scotia aūt qđ a scottorū gentibus colitur
appellata· Illic nulla anguis· auis rara· apis
nulla· adeo ut aduectos inde pulueres seu
lapillos siquis alibi sparserit inter aluaria
examina fauos deserant· Gaddis insula in fi
nē betice prouintię sita· quę dirimit europā
ab affrica· in qua herculis columnę uisuntur·
& unde tyrenni maris faucibꝰ oceani ęstus
immittitur· Est aūt a continenti terra centū
uiginti passibus diuisa· quam tyrii a rubro
profecti mare occupantes lingua sua gad
dis id est sepem nominauer̄· pro eo qđ circum
septa sit mari· Nascitur in ea arbor similis
palmę· cuius gummis infectū uitrū ceraunia
gemmā reddit· Fortunatarū insulę uocabulo
suo significans· omnia ferre bona quasi feli
ces & beatę fructu· Ubertate sua enī apte
natura preciosarum poma siluarū parturiunt·
Fortuitis uitibꝰ iuga collū uestiunt̄ ad herba
rū uicē messis & olus uulgo ē· unde gentiliū
error & secularium carmina poetarū propter
soli fecunditatē eas demesse paradysum
putauerunt· Sitę sunt aūt in oceanū contra
leua mauritanię occiduo proximę & inter se
interiecto mari discretę· Gorgades insulę
oceani obuersę promuntorio qđ uocat̄ espera
ceras· quas incoluer̄ gorgonas feminę alitę
pernicitate· irsuto & aspero corpore· & ex his
insulę cognominatę· Distant aūt a continenti
terra bidua nauigatione· Esperidū insulę

uocatę a ciuitate esperide·
quę fuit in fines mauritanię· Sunt enī ultra gorgadas sitę sub ath
lanteū litus· in intimos maris sinus· in quarū
ortis fingunt fabulę draconē peruigilē aurea
mala seruantē· Fertur enī ibi & mari estua
rii adeo sinuosis lateribꝰ tortuosū· ut ui
sentibus locū lapsos agneo immitet crisse
& argire insulę in indie oceano sitę adeo
fecundę copia metallorū ut plerique eas au
reā superficiē & argenteā habere prodiderunt·
Unde & uocabula sortitę sunt· Taprobane
insula indię subiacens ad eurū· ex quo ocea
nus indicus incipit patens in longitudine
octingentis septuaginta & quinque milibus
passuū· in latitudine sexcenta uiginti v
milib stadiorū· scinditur amni influo·
Tota margaritis repleta & gemmis· Pars eius
bestiis & elefantis repleta ē· Partes uero
homines tenent· In hac insula dicunt in uno
anno duas ēē estates· & duas hiemes· & bis
floribꝰ uernare locū· uitibꝰ insulę indię
uirens omni tempore folia·

HUC USQUE INSULAE OCEANI·

Item insulę quę ab ellesponto usque ad gades
in mare magno sunt constitutę· Cyprus in
sula a ciuitate cypro quę in ea ē nom̄ acce
pit· Ipsa ē & bafon ueneri consecrata in carpa
tio mari uicina austro· famosa condam
diuitiis & maxime aeris· Ibi enī prima
metalli huius inuentio & utilitas fuit· Creta
grecię pars ē· iungens contra peloponensem·
Hęc primū a temperie cęli macaronneson
appellata ē· Deinde creta dicta a crete
quodā indigena· quē aiunt unū curete
tarū fuisse· a quibꝰ iupiter ibi absconditꝰ
ē & nutritus· Est aūt insula grecię· inter

occasum longissimo tractu porrecta: a septen
trione grecię. ab occiduis. ab austro a egyptiis
undis perfusa. Fuit autem condam centum
urbibus. Unde et hec antopodis dicta est.
Prima etiam et sagittis claruit. prima lit
teris iura firmavit. Equestres turmas prima
docuit. Studium musicum ab ideis dacty
lis inde ceptum. capra copiosa. ceruis eget.
lupos et uulpes. aliaque ferarum noxia nus
quam gignit. Serpens nulla ibi. nulla noc
tua. et si inueniatur statim emoritur. lar
ga est autem uitibus et arboribus. Dictamnus
herba inde nascitur et alimos que
a morsu diurnam famem prohibet. Falan
gos autem uenenatus gignit. et lapidem qui
ideus dactilus dicitur. Abidos insula in euro
pam sup ellesponto posita. angusta et peri
culoso mari superata. et abidos grece dic
ta quod sit introitus ellesponti maris. in quo
xerses pontem ex nauibus fecit in greciam
transiit. Choo insula adiacens prouintię
affrice. in qua ypocrates medicus natus
est. quę ut uarro testis est arte lanefi
cii prima in ornamentum feminarum inde la
ruit. Cyclades insule antiquitus grecię
fuerunt. quas inde ciclades autumant
dictas. quod licet spatiis longioribus a dele
proiecte in orbem tamen circum delum
site sunt. Nam orbem ciclon greci locuntur.
Quidam uero non quod in orbem digeste. sed
propter scopulos qui circa eadem sunt dictas
putant ciclades. Hę in ellesponto inter
egeum et maleum mare constitutę. cir
cumdantur etiam pellago mirteo. Sunt
autem omnes numero quinquaginta tres.
a septentrione in meridie milia quin
genta. ab oriente in occasum milia ducenta.

Metropolis earum rodos. Delos insula in medio
cycladum sita. Et dicta delos fertur. quod post
diluuium quod ogigi temporibus notatur
cum orbem multis mensibus continua nox
inumbras sedante omnis terras radiis
solis inluminata est. Sortitaque ex eo nomen.
quod prima manifestata fuisset uisibus.
Nam delo greci manifestum dicunt. Ipsa est
et ortigia. eo quod primum ibi uisę sunt co
turnices aues. quas greci ortigas uocant.
In hac insula laton enixa est appollinem
et dianam. Delos autem et ciuitas dicitur et insula.
Rodos cicladum prima ab oriente. in qua
rosa capitulum dicitur esse inuentum dum ibi
ciuitas conderetur. Ex quo et urbs et insula
rodos appellata est. In hac urbe solis colo
sus fuit ereus. septuaginta cubitorum al
titudine. Fuerunt et alii centum numero
in eadem insula colosi minores. Tenedos.
una ex cicladibus a septemtrione sita.
in qua olim ciuitas a tenenne quodam
condita est. Unde nomen urbis illius uel
potius insulę fuit. Nam tenen iste in
famatus quod cum nouerca sua concubuisset.
fugiens hanc insulam uacuum temporibus
optinuit. unde tenedos dicta est. Sic
cicero. Tenenem ipsum cuius ex nomine
tenedos nominatur. Carpatos una ex
cicladibus a meridie posita contra
egyptum. a qua carpatium mare apella
tum est. Uocata propter celerem fructuum
maturitatem. Est enim inter egyptum
et rodum. Ex hac insula dicuntur et car
pasię naues. magna et spatiosa. Cite
rea insula. una ex cicladibus a parte
occidua sita. cuius porfiris antea
nomen fuit. Citerea autem uocata quod ibi

uenus sit orta. Icaria insula una de cicladibus.
que icario mari nomen dedit. Haec inter samum
& miconum, praerruentibus saxis inhospitalis
est. & nullis finibus portuosa. Dicunt autem icarum
cretensem ibi naufragum interisse. & de exitu
hominis impositum nomen loco. Naxon insula.
a dionisio dicta. quasi dionaxon. quod fertili
tate uicinum uincat ceteras. Est autem a delo
decem & octo milia passuum separata. ex qua
olim iouis fertur aduersus titanas fuisse
profectus. Melos ex numero cicladum. una
omnium insularum rotundissima. Unde nun
cupatam hystoria dicit. ex iasone natum fuisse
filomelum. & plutum. ex filomelo parcant
genitum. qui de suo nomine paron insulam.
& oppidum appellauit. Prius autem minoia.
deinde paros dicta. De qua uirgilius.
Niuiamque paron. Gignit enim marmor can
didissimum quod parium dicunt. Mittit & sar
dum lapidem. marmoribus quidem prestantio
rem & inter gemmas uilissimum. Chion insula
sira lingua appellatur. eo quod ibi mastix
gignitur. Syri enim mastice chion uocant.
Samo insula est egeo in mari. ibi nata
est iuno. quia fuit sybilla samia. & pytago
ras. Samius a quo philosophie nomen in
uentum est. In hac insula reperta prius
fictilia uasa traduntur. Unde & uasa
samia appellata sunt. Sicilia a sicano
rege sicania cognominata est. Deinde
a siculo itali fratre sicilia. Prius autem
tri nacria dicta. propter tria acra idem
promuntoria. peloreum. pacinum. & lili
beium. Trina erina enim grecum est. quibus
latine triquadram dicitur. quasi in tres
quadras diuisa. Haec ab italia exiguo
freto discreta. affricum mare prospectans.
terris frugiferis auro habundans. cauernis
tamen & fistulis penetrabilis. uentisque & sulforibus
plena. Unde & ibi & ethne montis extant in
cendia. In cuius freto scilla est & caribdis.
quibus nauigia aut absorbentur aut conli
duntur. Fuit autem condam patria ciclopum.
& postea nutrix tirannorum. frugum fer
tilis. hac primum terris commissis seminibus
aratro percussa. Principem urbium siracusis
habet. fontem aretusam & alfeum fluuium
magnorum generatricem equorum. In ea insula
primum est inuenta comedia. agaten lapidem
ipsa primum ex agaten flumine dedit.
Parturit & mare eius corallum. gignit &
sales agrigentinos in ignes solubiles. crepi
tantes in aquis. Omnis ambitus eius clauditur
stadiorum triuum milium. Salustius autem dicit
italie coniunctam fuisse siciliam. sed medium
spatium impetu maris diuisum & per angustias
fictum. Lapsum insula stadiis decem
a sicilia remota. iacens & planior. Unde
& nuncupata. De qua uirgilius. Lapsumque
iacentem. Eolie insule sicilie appellate
ab eolo ippote filio. quem poete finxerunt
regem fuisse uentorum. Sed ut uarro dicit
rector fuit istarum insularum & quia ex earum
nebulis & fumus futuros predicabat. flatus
uentorum. ab imperitis uisus est uentos sua
potestate retinuisse. Eadem insule & uul
canie uocantur. quod & ipse sic & haec ardeant.
Sunt autem nouem habentes propria nomina.
quarum prima lipparus quidam liparem
uocauit. qui eam ante eulum rexit.
Altera hieran uocatur. quod sit collibus eminen
tissimis. Reliquae uero idem strongile.
didime. erifusa. festia. fenicusa. euomo.
tripodas. sonores. quoniam nocte ardent. eolie

siue uulcanie dicunt̄. Ex his quedā ab
initio n̄fuer̄. Postea mare edite usq;
adnunc ꝑmanent. Stoecades insule
massiliensiū sexaginta miliū spatio acon
tinenti infronte narbonensis ꝓuintie.
qua rodanus fluuius inmare exit. Dicta
aūt grece stoecades. quasi opere inordine
sint posite. Sardus hercule ꝓcreatus
cū magna multitudine alibia ꝓfectus
sardiniā occupauit & exsuo uocabulo in
sule nom̄ dedit. Hec inaffrico mari fa
ciet uestigiū humani inoriente quā
occidente latior prominet. ferme
paribus lateribus que inmeridie & sep
tentrionē uertunt. Exquo ante comer
tiū anauigantib; grecorū hicnus appella
ta est terra. Patet inlongitudine milia
centū quadraginta. inlatitudine qua
draginta. Inea neq; serpens [illegible] gignit̄
neq; lupus. sed solifuga tantū. animal
exiguū. hominib; ꝑniciosū. Uenenū
quoq; ibi n̄nascit̄. nisi herba ꝑscripto
res plurimos & poetas memorata apias
stro similis. que hominib; rictus c̄trahit
& quasi ridentes interimit. Fontes ha
bet sardinia calidos. infirmis medellā
p̄bentes. furibus cecitatē. si sacramento
dato oculos aquis eius tetigerit. Corsice
insule exordium incole ligures deder̄.
appellantes eā exnomine ducis. Nam
quedā corsa nomine ligur mulier cunc
tarū exgrece que prope littora rege
bat. transmare solitū haudq; ꝑuitual
lo corpore aucto remeare uideret.
cupiens ire incognita sibi pabula tau
rū aceteris degredientē usq; adinsulā
nauigio ꝓsecuta ē. Cuius regressus
insule fertilitatē cognoscentes ligures
ratib; ibi ꝓfecti sunt. eamq; nomine mu
lieris & ducis appellauer̄. Hec aūt insula
grece appellauer̄. cirne dicit̄ acirno
herculis filio habitata. Dequa uirgilius.
Cerneatax [illegible] os diuidit̄. Dicitur
aūt asar [illegible] dinia uiginti miliū fre
tum. cincta ligustici equoris sinu apro
pectu italie. Est aūt multis ꝓmunturiis
angulosa. gignens letissima pabula.
& lapidē quē cato etten greci uocant.
Ebosus insula ispanie dicta qđ afanio n̄ppro
cul sit. quasi ebosus. Nam septuaginta
stadiis abea distat. Cui terra serpentes
fugiunt. Huic c̄traria ē colubraria que
ꝑ tta ē anguib;. Baleares insule hispa
nie due s̄t. Afrosiades & gemnaside.
maior & minor. Unde & eas uulgus maio
[illegible] ricā & minoricā nuncupant.
[illegible] Inhis primū insulis inuen
[illegible] ta ē funda quibus lapides
[illegible] emittunt̄. Unde & baleares
dicte. Bali enī grece mittere dicit̄.
Unde & balista quasi missā & fundibalū.
Uirgilius. Baleares uerbera funde.

DE PROMUNTURIIS. VII.

Commune [illegible] ē insulis ut ꝓmineant. Inde
& loca earū ꝓmunturia. Sic salustius de
sardinia inoriente quā occidente latior
ꝓminet. Sigeum ꝓmunturiū asie. ubi
ellespontus apertius dilatatur. Dictū aūt
sigeum ꝓpter herculis taciturnitatē.
quia ꝓhibitus hospitio alaomedonte
troianorū rege simulauit abscessum. &
inde contra troiam cū silentio uenit qđ
sigem. Maleū ꝓmunturiū grecie. qđ in
tra mare & ꝑmilia quinquaginta ꝑtendit̄.

ubi unda seua est ut persequi nauigantes ui
deatur. Hoc autem promunturium amaleo rege
arguiorum nomen accepit. Pelorum promuntu
rium siciliç respiciens aquilonem. sed um salus
tium dictum a gubernatore annibalis illic
sepulto. Pachinum promun[illegible]turium sici
liç austrum spectans. ab [illegible] aeris cras
situdine dictum. ΠΑΧΙC est pinguis
& crassos. austro enim perflatur. Lilibeum pro
muntorium numidiç uocatum ita quod aqui
lonem intendat. Hoc ippone regium postea
dictum. pro eo quod sit equore interrupto. Calpis
hispaniç promunturium. De montib;
ceterisque uocabulis

Montes sunt tumores terrarum
alt[illegible]issimi dicti quod sint eminentes. Qui
dam autem proprius ex causis uocati sunt. Ex
quibus notandi sunt qui opinione maxime
celebrantur. Mons caucasis
ab india usque ad taurum por
rectus pro gentium ac lingua
rum uarietate quoque uersum
uadit. diuersis nominibus nuncupatur.
Ubi autem ad oriente excelsiorem est surgit sub
limitatem. subniuium candorem caucasus
nuncupatur. Nam orientali lingua cau
casum significat candidum [illegible] id est niuibus
densissimus candicantem. Unde & eum sciçç
qui eidem monti iunguntur croucasim
uocauerunt. Cassim enim apud eos candor
siue nix dicitur. Mons taurus a plerisque
idem uocatur & caucasus. Libanus mons
feniciç altissimus cuius meminerunt prophetę.
Dictus a ture quia ibi colligitur. Cuius ea
pars quę super eum ad orientalem plagam
respiciens antelibanus appellatur idest
contra libanum. Ararath mons armeniç.
in quo arcam hystorici post diluuium
sedisse testantur. Unde & usque hodie
ibidem lignorum eius uidentur uestigia.
Acrocera unii montes propter altitudinem
& fulminum tactus uocati sunt. Grece enim
fulmen ceraunius dicitur. Sunt autem inter ar
menia & hiberiam incipientes a portis cas
piis usque ad fontem tygridis fluuii. Yper
borei montes scythiç dicti. quod supra
idem ultra eos flat borea. Rifei montes
in capite germaniç sunt. a perpetuo uentis
flatu nominati. Nam pingra grece im
petus & orme dicitur. ΑΠΟΤΥΡΥΙ. Olim
pus macedoniç nimium procelsus. ita ut
sub illo nubes esse dicantur. De quo uirgilius.
Nubes excessit olimpus. Dictus autem olimpus
quasi ololampus. idest quasi celum.
Hic mons macedoniam diuidit atraciam.
Athos [illegible] mons macedoniç. & ipse altior
nubibus tantoque sublimis ut in lemno
umbra eius pertendat. quę ab eo septua
ginta sex milibus separatur. Parnasus
mons tessaliç iuxta boetiam. qui gemino
uertice est erectus in celum. Hic in duo
finditur iuga cirram & nisam. Unde &
nuncupatur. eo quod in singulis iugis cole
bantur apollo & liber. Hęc iuga a duobus
fratribus cyteron & elicon appellantur. Nam
elicon dictus ab elycone fratre cyteronis.
Item ceraunii sunt montes epyri a crebris
dicti fulminibus. Greci enim fulmen peru
ce. quia annibal ueniens ab italia eas
dem ceraunos dicitur. Appenninus mons
appellatus quasi alpes aperuit. Unde
& uirgilius. Alpes inmittit apertas.
Has enim annibal post bella spaniç aceto
rupit. Iuuenalis & montem rupit aceto.

& inde loca ipsa que rupit appellantur
alpes uocant. Mons ethna ex igni & sul
phore dictus. Unde & gehenna. Constat
aut hunc ab ea parte qua eurus uel af
fricus flat habere speluncas plenas sulpho
re. & usq; ad mare deductas. Que spe
lunce recipientes in se fluctus. uentu cre
ant. qui agitatus. igne gignit ex sulphore.
Unde e qd uidet incendiu. Pyrineus. & ipse
a crebris fulminu ignib; nuncupat. Grece
enim ignis pyros uocat. Iste e int gallia
atq; hyspania. qsi de industria munimtu
interiacet. Solubrias a singularitate dr.
qd omib; hyspanie montib; solus altior
uideat. siue qd oriente sole ante ante
radios ei in eo qua ipse cernat. Calpe.
mons in ultimis finib; oceani. q dirimit
europa ab affrica. que athlantis fine ee
dict. De quo lucan. Esperie calpe summuq;
impleuit athlante. Athlans fr pmethei
fuit & rex affrice. a quo astrologie arte
prius dicit excogitata. ideoq; dictus e susti
nuisse celu. Ob eruditione igit discipline
& scientia celi. nom ei in monte affrice
diriuatu e. q nc athlans cognominat. qui
ppt altitudine sua quasi celi machina
atq; astra sustentare uideat. Alpes aut
pprie montes gallie s. De qb; uirgilius.
Aerias alpes montes. & dicendo aerias uer
bu expssit a uerbo. Nam gallor lingua al
pes montes alti uocant. Hec s enim que
italie muror exhibent uice. Colles s pmi
nentiora iuga montiu. quasi colla. Iuga
aut montiu ex eo appellata s. qd ppin
quitate sui iungunt. Tumulus e mons
breuis. quasi tumens tellus. hic tumulus
terra congesta ubi nulla memoria e. Ualles

s humilia loca. qsi uulla. Hinc & ualles
depssa loca terraru int montes. Campus
e terraru planities. Dictus aut camp. qd sit
breuis pedib; nec erectus ut mons. s; patens
& spatio suo porrectus & iacens. Unde & grece
pedion dr. Sumpsit aut nom ex greca ethi
mologia. Cami enim greci breue dicit. Solu e
omne qd sustinet. a soliditate dictu scilic&.
Unde & de mari uirgilius ait. Subtrahitq; solu.
Saltus s uasta & siluestria loca. ubi arbores
exsiliunt in altu. Fauces s aditus angustor locor
int arduos montes loca angusta & breuia.
dicta a fauciu similitudine qsi foces. Confra
gos. loca ubi undiq; uenti currunt ac sese
frangunt. ut neuius ait. In montes ubi uenti
frangebant locu. Scabra s. loca situ aspera.
Unde & scabies dr a corporis asperitate. Lustra.
obscura latibula ferar & lupor cubilia.
Unde & lupanaria lustra dicunt. petrariu
uidelic& qa paru illustrant. Lucus e locus
densis arborib; septus. solo luce detrahet.
Potest & a de lucendu crebris luminib; dici.
que ibi ppt religione gentiliu cultu qsi fie
bant. Deserta uocata qa n seruntur. & ideo qsi
deseruntur. Ut s loca siluaru & montiu contra
rie uberrimaru. que s uberrime glebe.
Deuia s loca secreta & abdita qsi extra uia.
Ipsa s & inuia. Inde & auia remota. aut tan
tu adibilia auib;. Unde e illud. Inculta
rubent auiaria bacis. Amoena loca. uuar
ro dicta ait. eo qd solu amore pstant & ad se
amanda alliciant. Uerius flacus. qd sine
munere sint. nec q quasi his officiat. qsi
amunia. hoc e sine fructu unde nullus
fructus exsoluit. Inde & ia nihil pstantes
inmunes uocant. Aprica loca qua ei sole
gaudet. qsi ΑΝΥ ΦΡΙΚΙC. ide sine frigore.

fuit quod sint aperto celo. Opaca uero loca
quasi operta celo. aprico contraria. Lubricum dico
locum ab eo quod ibi quis labitur. & lubricum dicitur
non quod labitur sed in quo labitur. Aestiua sunt loca
umbrosa quibus per estatem uitant peccora
solis ardorem. Statius. et umbrosi patuere
estiua licei. Naualia sunt loca ubi naues
fabricantur. Hoc & textrinum uocatur. Statio
est ubi ad tempus stant naues. Portus ubi eminunt.
Inportunum autem in quo nullum refugium. quasi
nullus portus. Portus autem locus est ab accessu
uentorum remotus. ubi hiberna opponere
solent. & portus dictus a deportandis commer
ciis. Hunc ueteres a baiolandis mercibus
caias uocabant. illa declinatione a baia
baias. ut a familia familias. Litus est qua fluctus
elidit. Circumluuium locus quem aqua circum
luit. Adluuia est sumptio rapinarum extra quis.
Margo est pars cuiuslibet loci. ut puta maris.
Unde & nomen accepit. Maritima. quasi maris
ultima. Ostia ab ingressu & exitu flumi
nis dicta in mari. Continens perpetua terra.
nec ullo mari discreta. quam greci piros
uocant. De inferioribus terre. VIII.

Specus est fossa subterra qua perspici potest.
Spelea grece. spelunca latine. Spiracula
appellata omnia loca pestiferi spiritus. quae
greci paronia appellant ut acherunt ea
& alia. Uarro spiraculum dicit huiusmodi
locum. et spiracula ex eo dicuntur loca qua
terra spiritum edit. Hiatus praeruptio terre profun
da quasi itus. Proprie autem hiatus est omnis ho
ris apertio. translata a feris. quarum au
ditas horis ad apertionem monstrat. Profun
dum proprie quasi cuius porro sit fundum. Abusiue autem
profundum ut sursum ut deorsum dicitur. ut mari
ac terra celumque profundum. Baratrum nimie
altitudinis nomen est. et dictum baratrum quasi
uorago atra. Scilicet a profunditate. Erebus.
inferorum profunditas atque recessus. Stix απο
ΤΟΙCΤΙΓΕCΤΟ. id est a tristitia dicta. eo quod
tristes faciat. uel quod tristitiam gignat. Cocito
locus inferi. de quo Iob loquitur. Cuius autem
nomen accepit greca interpretatione. a luctu
& gemitu. Tartarus. uel quia omnia illic turba
ta sunt. ΑΠΟΤΟΥΤΑΡΤΑΡΙΓΖΙΝ. aut quod est uerius.
ΑΠΟΤΟΙΗCΤΑΡΑΙ ΗC. id est a tremore fri
goris quod est algere & rigere. Scilicet quia lucis
solemque caret. Nam neque illic uapores sunt qui ex
solis luce gignuntur. neque flatus qui eiusdem motibus
incitatur. sed perpetuus stupor. Tartari enim horrere
& tremere apud grecos legitur. Illic enim fletus
& stridor dentium. Gehenna est locus ignis &
sulphoris. quae appellari putant a ualle ido
lis consecrata quae est iuxta murum hierusalem
repleta olim cadaueribus mortuorum. Ibi enim
hebrei filios suos immolabant demonibus. &
appellabatur locus ipse gehennon. Futuri
ergo supplicii locus ubi peccatores crucian
di sunt huius loci uocabulo designatur. Dupplicem
autem esse geennon & ignis & frigoris. Inferus
appellatur eo quod infra sit. Sic autem secundum corpus
si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt
omnia grauiora. ita secundum spiritum inferiora sunt
omnia tristiora. Unde & greca lingua origo ho
minis quo appellatur. Inferus ex eo quod nihil
suaue habeat resonare perhibetur. Sic autem cor
animalis in medio est. ita & infernus in medio
terre esse perhibetur. Unde & in euangelio legitur
in corde terre. Philosophi autem dicunt quod in
feri pro eo dicuntur quod hinc illi ferantur.

Incipiunt capitula de libro tertio decimo.

## DE CIVITATIBUS.

De auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut nec urbis quidem Rome origo possit diligenter agnosci. Nam Salustius dicit urbem Romam, sicut ego accepi, condere atque habitavere initio Troiani, et cum his aborigines. Alii dicunt ab Evandro. Secundum quos Virgilius: Tunc rex Evandrus Romane conditor arcis. Alii a Romulo, ut Ennius: Lateat hospitiis illa inclita Roma. Si igitur tante civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos nec commentatores varia dicentes imperite condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Sane quasdam, de quibus aut sancte scripture aut historie gentium certam originem referunt, paucis admodum verbis retexere oportet. Primus ante diluvium civitatem Enoch ex nomine filii sui in Nidia condidit. Quam urbem sola multitudine sue posteritatis implevit. Primus post diluvium Nemroth gigans Babilonem urbem Mesopotamie fundavit. Hanc Semiramis regina Assiriorum ampliavit murumque urbis bitumine et cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, eo quod ibi confuse sint atque permixte lingue edificantium turrem. Iudei asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluvium in Syria condidisse urbem Salem, in qua regnum fuit fuit eiusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt Iebusei, ex quibus et sortita vocabulum est Iebus. Sicque duobus nominibus copulatis, Iebus et Salem, vocata est Hierusalem. Que postea a Salomone Hierosolima quasi Hierosalomonia dicta est. Hec et corrupte a poetis Solima nuncupata. Et postmodum ab Helio Adriano Helia vocata est. Ipsa est et Sion, que hebraice interpretatur speculatio, eo quod in sublimi constructa sit et de longe venientibus contempletur. Hierusalem autem pacifica in nostro sermone transfertur. Oppida autem nobilia que construxerunt: Dionisius, qui et Liber pater, cum India victor perambulasset, Nisam urbem ex suo nomine iuxta Indum fluvium condidit et quinquaginta milia hominum adimplevit. Medus autem Egei filius Mediam construxit, unde et regno ei Medie nomen sortita est. Persepolim urbem, caput Persici regni, Perseus Athei filius dicta est condidit. Hic Tesifontem quoque Parthi apud Parthiam condiderunt in emulatione Babilonie urbis.

Susis oppidum Persidae aiunt Memnonis patrem construxisse. Dictus autem Susis quod immineat Susae fluvio.

Ibi est regia Cyri lapide candido et vario, cum columnis aureis et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simulacrum celi stellis micantibus prefiguratum et cetera humanis mentibus incredibilia.

Bactrum oppidum Bactriani condiderunt ex proprio amne cum cognominantes, qui Bactros vocatur. Carra civitas Mesopotamie trans Edissam condita a Parthis, ubi quondam Romanus est cesus exercitus et Crassus dux

captus ē dissam urbē mesopotamię ędidit nem
roth filius chus postquā de babillone migrauit
in qua & regnauit · quę antea arca cognomina
ta ē · Ipse cōstruxit & calanne · quę postea uerso
nomine a seleuco rege dicta ē seleucia · Filadel
fiam urbē arabię ędidit rafaim gens antiquis
sima · quā interfecerunt filii loth · Seleucus unus ex pue
ris alexandri post mortē eiusdē alexandri oc
cupato regno orientis urbē aralię in syria
ędidit · eamq; ex antiochi patris sui nomine
antiochiā nuncupauit & syrię caput instituit ·
Ipse quoq; laudociā & seleuciā ipse apamiā &
edissam urbē construxit · Damascus syrię con
dita & nuncupata a damasco dispensatoris
abrahe filio · Hec antea syrię tenuit princi
patū · necdū enī florebat ibi antiochia & apa
mia · quas urbes post alexandrū cōstructas ēē
cognoscim̄ · Hic ē damascus quē abraham futu
rū sibi heredē dixerat ante quā eēt illi pmis
sus isaac · Gazam oppidū palestinę ędiderunt euei
in qua habitauerunt cappadoces pristinis cultorib;
interfectis · Uocatam autē gazam · eo qđ ibi cambi
ses rex persarū thesauros suos posuit cū bellū
egyptiis intulisset · Persarum enī lingua the
saurū gaza nominat̄ · Philistim urbē ędiderunt
allophili · ipsa ē ascalon de qua superius memo
rauimus · nuncupatā ex nomine cesloim qui fuit
nepos cham & filios mesraim · Dor urbs fuit
condam potentissima · & uersa uice stratonis
turris · Postea ab herode rege iudeę in honorē
cesaris augusti cesarea nuncupata · in qua cor
nelii domus · xpi eccła · & philippi · & idiculę ·
& cubiculū quattuor uirginū pphetarū · Iop
pen oppidū palestinę maritimū idem pales
tini edificauerunt · ubi saxum ostendit̄ quod uin
culoꝝ andromede uestigia adhuc retinet · Cuius
belue forma emmentior elefantis fuit · Hiericho

a iebuseis cōdita tradit̄ · a quib; & nom̄ traxisse phi
betur · Hanc subuertit ihc · postquā instruxit
aliā ozam de bethel ex tribu effraim · Sed &
hec eo tempore quo hierusalē oppugnabat̄
a romanis ppter pfidiam ciuium capta atq;
destructa ē · Propter quā tertia edificata ē
urbs quę hodie usq; pmanet · Sicem samarię
urbem quę latine & grece sicima uocatur
edificauit emor · appellauitq; eā nomine sicem
filii sui · Ipsa ē nunc neapolis ciuitas samarita
norū · Bethel urbem samarię ędiderunt iebusei
quę prius uocabat̄ luzam · Sed postquā ibi
dormiens iacob uidit scalam innitentem cęlo
& dixit uere hic domus dī ē & porta cęli · hac ex
causa nom̄ locus accepit bethel idē domus dī
Quando autē ibi abyeroboam uituli aurei
fabricati sunt · uocata ē betheuen idē domus idoli ·
Bethleem iudeę ciuitas dauid quę mundi ge
nuit saluatorē · a iebuseis cōdita fertur · & uo
cata primū eufrata · Quando autē ibi iacob
pecora sua pauit · eidē loco bethleem nom̄
quodā uaticinio futuri inposuit · qđ domus
panis interptatur ppter eū panē q̄ ibi de celo
dus ut lucidus ut imagines reddat. In capado
tia croceinus effodit. Salis natura necessaria est
ad omnē escā. Pulmentis enī saporē dat. excitat
auiditatē & appetitū in omnib; cibis fac. Ex eo
quippe omis uictus delectatio … ad su
mit hilaritas. Hinc & salus nom…
accepisse putat. Nihil enī uti… lius
sale & sole. Denique cornea uide… mus
nauticoꝝ quin & iam pecudes. armenta & iumta
sale maximo puocant ad pastū. multū largiores
lacte. multūq; gratiores casei dote. Corpora
& iam sal adstringit. defuncta & iam a putrescen
di labe uindicat ut duret. Nitrum a loco sump
sit uocabulū. Nascit enī in oppido ut regione
egypti nitria. ex quo & medicine fiunt & sor
des corpoꝝ. uestiūq; lauant. Hui natura n̄ mul
tū a sale distat. Habet enī uirtutē salis. & similit
oritur canescentib; siccitate. Afronitru grece.
latine spuma nitri ē. De quo quidā ait. Rusticus
ēs nescis qđ greco nomine dicat spuma uocor nitri.
Grecus ē afronitru. colligit aūt in asia in speluncis
distillans. dehinc siccat sole. Optimū putatur
si minus fuerit ponderosū. & maxime fieri habile
colore pene purpureo. Calcantū dictū quia &
calcitis & timū idest flos. Unde & apud latinos
eris flos appellat. Fit aūt nc multis in regionib;.
olim in hyspania e puteis ut stagnis id genus aque
habentib; aque decoquebant & in spinas ligneas
fundebant. Appendebat sup eas restes. lapillis ex
tentas quib; limus in similitudine uitreis acinis
adherebat. sicq; erectū siccabat dieb; triginta.
Fit aūt nc alibi in speluncis. qđ liquide collectū
dehinc defusū in quosdā botros solidatur. Fit
& in scrobib; cauatis. quoꝝ elaterib; decadentes
gutte calescunt. Fit & salis modo exflagrantissi
mo sole. Adeo aūt ē stricte uirtutis ē. ut in leonū
& ursoꝝ ora aspersa tamquā uim habeat adstrin

gendū ut n̄ ualeat mordere. Lapis a terra tamquā densior & iam uulgo discernit̄. Lapis aut̄ dictus q͡d ledat pedē. Lapis mollis ē & sparsus. Saxa erent & a montibus excidunt. Petra grecū ē.
Silex [illegible] ē. durus lapis. eo q͡d exsiliat ignis [illegible] ab eo dictus. Scopulus a saxo eminen[illegible]ti q̄si ab speculando dictus. sine a teg[illegible]umto nauiū apo to scopin. Spelea grece. spelunca latine. Est aut̄ rupis cauata. crepido extremida saxi abrupta. Unde & crepido uocata q͡d sit abruptis saxis altitudo sic heret pedē pes densus. Unde & uocat̄. Cautes aspera saxa in mari. dicte a cauendo q̄si cautae. Murices petre uiliore similes muricis unū acutissime & nauibus periculose in e saxū ē qui humane uocis solū captans & iam uerba loquentiū imitat̄. Eo grece. latine imago uocat̄. eo q͡d ad uoce respondens alieni efficit imago sermonis.
Licet hoc quidē & docorum mature ac plerumq; conuallium. Calculus ē lapillus terre ammixtus. rotundus atq; durissimus & omi puritate leuissimus.
Dictus aut̄ calculus q͡d sine molestia breuitate sui calcet̄. Cui c̄trarius ē scrupus lapillus minumus & asper. qui si inciderit in calciamtis nocet & molestia ē animo. Unde & animi molestia scrupulū dicim̄. Hinc & scrupeū saxū. id est asper.
Cotis nom̄ accepit q͡d ferrū ad incidendū acuat.
Alie oleo indig̃ et in acuendo. sed oleū lenẽ aque acien acerrimā reddunt. Pumex uocat̄ eo q͡d spume densitate c̄cretus fiat. & ē aridus candore magn̄ tamq; natura refrigerandi habens ut in uaso missus musta feruere desinant.
Rudos artifices appellant lapides contusos & calce admixtos. q͡d in pauimtis faciendis sup fundunt. Unde & rudera d̄r. Gipsū cognatū calci est. & ē grecū nom̄. Prura ē genera omniū aut̄ oppidū lapidi speculari. Est enī signis edificiorum & coronis gratissimū. Calcis uiua dicta. quia dū sit tactu frigida intus occultū c̄tinet ignē. Unde & pfusa flatius latens ignis erumpit.
Natura ei mirū aliquid fac̄. Postquā enī arserit. aquis incendit̄ quib; solet ignis extingui. Oleo extinguit̄ quo solet ignis accendi. Usus eius structure fabrice necessarius. Nam lapidi n̄ potest adherere fortius. nisi calce c̄iunctus calci se lapidi albo & duro melior structura ē ex more utilis tectorius. Arena ab ariditate dicta n̄ ab adherendo ut sabricis ut quidā uolunt. Huius pbatio si manu inpssa strideat. aut si in ueste candida sparsa nihil sordis relinquit.

de insigniorib. lapidib.

## DE LAPIDIBUS INSIGNIORIBUS.

Magnes lapis indicus ab inuentore uocatur. Fuit aut̄ primū repertus clauis crepidarū bacculique cuspidi herens cū armtā idem magnes pasceret. postea & passim inuent̄. Est aut̄ colore ferro igneus. sed pbatur cū ferro adiunctus ei fecerit raptū. Nam adeo adphendet ferrū ut catenā faciat anulorū. Unde & eū uulgus ferrū uiuū appellat. liquore quoq; uitri ut ferrū trahere credit̄. Cui tanta uis ē ut refert beatissim̄ augustinus. q͡d quidā eundē magnetem lapidē tenuerit sub uase argenteo. ferrūq; sup argentū posuerit. deinde subter mouente manu cū lapide ferrū cursim desup mouebat̄. Unde factū ē ut in quodā templo simulacrū e ferro pendere in aere uideret̄. Est quippe & alius in ethiopia magnes qui ferrū n̄ ambit respuitq;. Omnis aut̄ magnes tanto melior ē. quantū ceruleus est. Gagates primū inuentus ē in sicilia. gagatis fluminis fluore reiectus. Unde & nominatus. Licet in brittania sit plurimus. est aut̄ niger. planus. leuis & ardens igni admotus. Fictilia ex eo scripta n̄ delentur. Incensus serpentes fugat. demoniacos pdit. uirginitate dephendit. mirumq; accendit̄

N[ota] [quo]d s[an]c[tu]s augustin[us] referat de magnete lapide.

aqua· oleo restinguitur· Abeston arcadie lapis fer
rei coloris ab igne nomen sortitus· eo quod accensus
semel numquam extinguitur· De quo lapide meca
nicum aliquid ars humana molita est· quod gen
tiles captu sacrilegii mirarentur· Denique in tem
plo quodam fuisse ueneris fanum· ibique candela
brum & in eo lucerna sub diuo sic ardentem ut eam
nulla tempestas nullus imber extingueret·
Pyricus persicus lapis fuluus aeris simulans qua
litatem· Cuius plurimus· siquidem facile scintillas
emittit· Hic tenentis manum siue h eminentius
premitur· adurit· propter quod ab igne nomen accepit·
Est alius pyricus uulgaris quem uiuum lapidem
appellant· qui ferro uel lapide percussus scintil
las emittit· quae excipiuntur sulfore uel aliis fun
gis uel foliis, et dicto celerius prebet ignem· Hunc
uulgus focarem petram uocant· Selenites qui
latine lunaris interpretatur· eo quod interiorem
ei candorem cum luna crescere atque decrescere
aiunt· gignitur in persida· Dionisius lapis fuscus
& rubentibus notis sparsus· Uocatus autem ita· quia
aque mixtus conteritur uinum flagrat· & quod in
illo mirum est ebrietati resistit· Tracius niger
& sonorus nascitur in flumine cui nomen est pontus
in equitia· Frigius lapis ex loco traxit uocabu
lum· Nascitur enim in frigia· colore pallidus· me
diocriter grauis· Est autem gleba pumicosa· Uritur
antea uino perfusus flatusque follibus donec rubes
cant ac rursus dulci uino extinguitur ternis
uicibus· tinguendis uestibus tantum utilis· Syrius
lapis a syria ubi reperitur appellatus· Hic igitur
fluctuari traditur· comminutus mergi· Arabicus
similis est ebori sine ulla macula· Hic defricatus
ad cutem· dimittit croco simile· Iudaicus lapis
albus est atque in se ematte glandis scripturis sub
inuice modulatus· quas greci gummas appel
lant· Samius a samo insula ubi reperitur uocatur·
& est grauis & candidus· poliendo auro utilis·
Memphites uocatur a loco egypti· & est gemmatus
natura· Hic tritus atque inlitus quae urenda sunt
& secanda & aceto inlinitus ita obstupescere
facit corpus ut non sentiat cruciatum· Sarcofagus
lapis dictus eo quod corpora defunctorum condita
in eo infra quadraginta dies adsumuntur· Saros
enim grece caro dicitur· fagus comedere· Nascitur
autem in troade fisili· quae uena scinditur· Sunt
& eidem generis in oriente saxa· quae & iam
uiuentibus alligata erodunt corpora· Inmutio
res autem seruanda corporibus· nec adsumentes·
Ematites appellatus eo quod cutere solutus
in colorem ueniat sanguinis· Est autem admodum
libidus· est & ferrugineus· Nascitur in ultima
egypti babillonia & hyspania· Androdaman
tis colore niger· pondere & duritia insignis·
Unde & nomen traxit· Precipuus reperitur in affrica·
Traere autem in se argentum uel aes dicitur· quique attritus
ut ematites in colore redigitur sanguinis· Hiscis
tos inuenitur in ultima hyspaniae croco similis·
cum leui fulgore facile fabilis· Amiantos ap
pellatus a ueteribus eo quod si ex ipso fuerit uestis
contexta contra ignem resistat· & igni imposita non
ardeat sed splendore accepto nitescat· & est
sectilis aluminis similis ueneficiis resistens omnibus
specialiter magorum· Batracite similis est teste
laminose sectibilis· Galactites colore cine
reus gustu suauis· Sed ideo uocatus· quod quidam
de se lacteus a se dimittat· Obsius lapis niger
& translucidus & uitri habens similitudinem·
Ponitur in speculis parietum propter imaginum um
bras reddendas· Gemmas multi ex eo faciunt·
Nascitur in india & samo italie· Mitridas lapis
eufratei sole repercussus coloribus micat uariis·
Etites lapides reperiuntur in nidis aquilarum aiunt
binos inueniri marem & feminam· nec sine his

parere aquilas. Horum masculus durus similis gallę
subrutilus. Femineus uero pusillus ac mollis. adle
gati partus celeritatem faciunt. & iam aliquid uuluę
excidunt nisi cito parturientibus adferantur. Fingites
cappadocię lapis. duritia marmoris. candidus atque
transluccens. ex quo condam templum est structum e
a quodam rege foribus aureis quibus clausis claritas
intus diurna erat. Enites eboris similis. in quo
darium conditum ferunt parioque similis candore & du
ritia. minus tantum pondere. his quę prius uocatur.
Ostracites uocatur. quod similitudinem testę habeat. Usus
eius pro pumice. Melanites lapis dictus asper & indo
mitus & omnia atterens. eo quod melleum & dulcem sucum
emittat. Hismiris lapis asper & indomitus. & omnia
adterens. Ex quo lapide e gemmę tondunt. Sarcites
colore similis ocrę. inuenitur in egipto. Amnites
similis nitro sed durior. gignitur egipto uel arabia.
U i nascitur in ethiopia uelut uiridis. sed lacteus cum
resoluitur remordens uehementer. Coranus albus est
duriorque pario. Molarius uelut uiridis & grandis.
inuenitur in egipto. Tusculanus a loco italię dictus.
dissilire igni traditur. Sabinus fuscus. addito oleo & iam
lucere fertur. Est & quidam uiridis lapis uehementer
igni resistens. Sifinius mollis & candidus. excalfactę
oleo nigrescit atque durescit. Lapides quoque medi
cinalium mortariorum & pigmentorum usibus apti. etesius
precipuus & inde colaties. Tebaicus quoque & basani
tis lapides. nihil exsese remittentes. Specularis la
pis uocatur est. quod uitri more translucent. Repertus
primum in hispania citeriori. circa segobricam urbem.
Inuenitur enim sub terra & effossus excidit atque finditur
in quaslibet tenues crustas.

marmoribus.
osta
nde dicatur
marnor.

Post lapidum genera uenimus ad marmora. Nam inter
lapides & marmora differentia est. Nam marmo
ra dicuntur eximii lapides. quę maculis & coloribus
commendantur. Marmor sermo grecus est. a uiriditate
uocatur. & quamuis postea & alii coloris inuenian
tur. nomen tamen pristinum a uiriditate retinuerunt. Marmorum
colores & genera innumerabilia sunt. Nec tamen omnia
e rupibus exciduntur. sed multa sub terra sparsa sunt pretio
sissimi generis. sicut lacedemonium uiride cunctisque
clarius repertum prius apud lacedemonium. unde & uo
cabulum traxit. Ophites serpentium maculis simile
est. Unde & uocabulum sumpsit. Molle. candidum. nigrum.
durum. augustę & tiberium in egipto augusti ac tibe
rii primum principatu reperta sunt. Differentia eorum est
ab opphite. cum illud ut prediximus. serpentium maculis
sit similis. Hęc maculas diuerso modo colligunt.
Nam augusteum mundatum est scriptum in uertices.
Tyberium sparsa non conuoluta canitię. Purpurites ex
egipto est rudens. candidis interuenientibus punctis
nominis ei causa quod rubeat purpura. Basanites
ferrei coloris siue duritiam. Unde & nomen ei dictum est.
Inuenitur in egipto & ethiopia. Alabastrites lapis can
didus. inter instinctus uariis coloribus. ex quo euan
gelici illius ungenti uasculum fuit. Cauant enim hunc
aduersa ungentaria. quoniam optima seruare incorrupta
dicuntur. Nascitur circa tephas egiptias & damascum syrię
ceteris candidior. probatissimus uero in india. Parius
candoris eximii ligdinus cognominato. hic apud paron
insula nascitur. Unde & parius nuncupatur. Magnitudo
eius qua lancis. crateras quę non excedat. ungentis
& ipse aptus. Coralliticus in asia repertus. mensura
non ultra cubita bina. Candore proximo eboris adque
dam similitudinem e diuerso niger. Alabandicus
terrę suę nomine nuncupatus. purpureę aspectu
similis. Iste in oriente igne liquatur. atque adusum ui
trii funditur. Tebaicus interinstinctus aureis guttis in
uenitur in partes egiptias scriptas coticulis adteren
da coliria quadam utilitate naturali conueniens.
Sienites circa sienem uel tebas nascitur. traues ex eo
fecere reges. Marmora autem quę in officinis ru
pibusque gignuntur. ex quibus trasinis diuersi coloris macu

lis distinctus. Cuius primum usum insulae cicladas dederunt.
Lesbius liuidior est paulo hunc sed et ipse diuersi co
loris maculas habens. Corintheus ammoniacae
guttae similis cum uarietate diuersorum colorum. Co
rintho primus repertus. Ex eo columnae ingentes.
liminaque fiunt ac trabes. Caristeum uiride opti
mum nomen ab aspectu habens eo quod gratus sit his
qui gemmas sculpunt. Eius enim uiriditas reficit
oculos. Nummudicum marmor in numidia mit
titur. acute sucum dimittit croceo simile. Unde et
nomen accepit. Nam crustis sed in massa et liminum usu
aptum. Lucellum marmor nascitur in theo insula cui lucu
lus consul nomen dedit. quod delectatus illo primus romam
inuexit. solumque pene hoc marmor ab amatore
nomen accepit. Est et lunensis. Tefrian appellatur a co
lore cineris. cuius lapidis alligatio contra serpentes lau
datur. Ebur a barro id est elefanto dictum ornatus. Quid
ubi uis mulier nigris dignissima barris.

## DE GEMMIS. VI.

Post marmorum genera gemmae secuntur. quae multum auro
colorem tribuunt uenustate colorum. Primordia ei a ru
pe caucasi fabulae ferunt. prometheum primum fragmentum
saxi inclusisse ferro et digitum circumdasse. hisque
initiis cepisse anulum atque gemmam. Genera gemmarum
innumerabilia esse traduntur. e quibus nos ea tantum quae
principalia sunt siue notissima adnotabimus. Gemmae
uocatae quod instar gummae transluceant. Pretiosi la
pides ideo dicti sunt. quia care ualent siue ut a uilibus
discerni possint seu quod rari sunt. Omne enim quod rarum
est magnum et pretiosum uocatur. Sic et in samuhelis uolu
mine legitur. et sermo domini pretiosus erat in illis hoc est rarus.

## DE UIRIDIBUS GEMMIS VII.

Omnium gemmarum uirentium smaragdus principatum
habet. Cui ueteres tertiam post [illegible] margaritas et unio
nes tribuunt dignitatem. [illegible] Smaragdus a nimia
uiriditate a uiriditate uoca[illegible]tus. omne enim satis
uiride amarum dicitur. Nulli enim gemmis uel herbis maior
quam huic austeritas est. nam herbas uirentes frondesque
exsuperat. inficiens circa se uiriditate repercussum
aerem. Scalpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum
refectio est. Cuius corpus si extentum est. sicut speculum ita
imagines reddit. Quippe nero cesar gladiatorum pug
nas in smaragdo spectabat. Genera eius duodecim. sed
nobiliores scitici qui in scitia gente repperiuntur.
Secundum locum tenent bactriani. Colliguntur enim in commissuris
saxorum flante aquilone. Tunc enim tellure deoperta
intermicant. quia his uentis arenae maxime mouentur.
Tertium egyptii habent. reliqua in metallis aerariis inue
niuntur sed uitiosi. Nam aut aere aut plumbo uel lapilla
mentis uel salis similes notas habent smaragdi. aut te
mero et uiridi perfunduntur oleo quamuis natura inbuantur.
Caleos smaragdus dicta quod uiridis sit et turbida aeris
uenis. Hec in egypto uel cypro insula nascitur. Prasius
puiridanti colore dictus sed uilis. Cuius alterum genus
sanguineis punctis aborret. Tertium distinctum uirgulis
tribus candidis. Berillus india gignitur. gentis suae lingua
nomen habens. Uiriditate similis smaragdo sed cum
pallore. Politur autem ab indis in sex angulas formas.
ut hebitudo coloris repercusso angulorum excitetur. aliter
politus non habet fulgorem. Genera eius nouem. Crisoberil
lus dictus eo quod pallida eius uiriditas in aureum colorem
resplendeat. et hunc india mittit. Crisoprassus indicus
est colore porri sucum refferens aureis interuenientibus
guttis. Unde et nomen accepit. quem quidam berillorum
generi iudicauerunt. Iaspis de greco in latinum uiridis
gemma interpretatur. Ias quippe uiride. pinarin
gemma dicitur. Est autem smaragdo subsimilis et crassi coloris.
Species eius decem et septem. Uolunt autem quidam iaspidem
gemmam et gratiae tutelae esse gestantibus. quod credere
non fidei sed superstitionis est. Topazion ex uirenti genere
est omnique colore resplendens. Inuenta primum in ara
bie insula. in qua trogoditae predones fame et tempes
tate fessi cum herbarum radices effoderent eruerunt.
Quae insula postea quesita nebulis cooperta tandem

anauigantib: inuenta · sed ob hoc locus & gemma nom̄ ex causa accepit · Nam topazin trogodytarū lingua significationē habet querentis · Est autē amplissima gemmarū · eadem sola nobiliū limam sentit · Genera ei duo · Callaica colore uiridis & pallens & nimis crassa · Nihil iocundius aurū decens ·

U nde & appellata · Nascit̄ in india ut germania in rupib: gelidis oculi modo extuberans · Molochites spissius uirens & crassius quā smaragdus · a colore maluę nom̄ accepit · in reddendis laudata signis · nascit̄ in arabia · Eliotropia uiridici colore nubilo · stellis puniceis sup sparsa cū sanguineis uenis · Causa nominis de effectu lapidis ē · Nam deiecta in labris eneis · radio solis mutat sanguineū repcussu · extra aquā autē speculi modo solem accipit · dephendit q; defectus ei subeuntē lunā ostendens · magor̄ inpudentiā · Manifestissimū in hoc quoq; exemplū ē · qm̄ ammixtā herbā eliotropio quibusdā additis p̄cationib: gerentē cōspici negant ·

Gignit̄ in ęgypto & affrica · sed melior in ethiopia ·

S agda gemma prasini coloris apud caldeos · Cuius tanta uis ē · ut prętereuntes naues ex profundo petat & carinis ita & tenacit̄ adhęreat ut nisi abrasa parte ligni uix separet̄ · Myrrites dicta ē · q̄d in eū myrrę color ē · Compressus autē usq; ad odorē nardi spirat suauitatē · Aromatis repit̄ in arabia ut ęgypto · myrrę coloris & odoris · Unde & nom̄ habet · Melicros bicolor · ex una parte uiridis · ex altera mellis similis · Coaspitis a flumine persarū dicta ē · ex uiridi fulgoris aurei ·

## DE RUBRIS GEMMIS VIII

C orallius gignit̄ in mari · forma ramosus · colore uiridis · & maxime rubens · Baccę ei candidę · sub aquę molles · detractę cōfestim durant & rubescunt · tactuq; protinus lapidescunt · Itaq; occupari uelliq; retibus solet · aut agri ferramento pciditur · qua de causa corallius uocitat̄ · Quantū autē apud nos margaritū indicū p̄tium ē · tantū apud indos corallū · Hunc magis fulminibus resistere adfirmant si credit̄ · Sardus dicta · eo q̄d reperta sit primū a sardis · Hęc rubrū habet colorē · marmorib: p̄stans · sed inter gemmas uilissima · Genera ei quinq; · Onix appellata · q̄d habeat in se p mixtū candorē in similitudine unguis humanę · Greci enī unguē onicem dnt · Hanc india ut arabia gignit · Distant autē inuicē · Nam indica igniculos habet albis cingentibus zonis · Arabica autē nigra ē cū candidis zonis · genera ei quinq; · Emathites rubore sanguineus · ac p̄pterea emathites uocatus ·

E math quippe sanguis ē · Gignitur in ethiopia quidē principalis · sed in arabia & in affrica inuenit̄ ·

D e qua p̄mittunt magi quiddā · ad coarguendas barbaror̄ insidias · Sucinus quē appellant greci electrū · fului cereiq; coloris · fert̄ arboris sucus ēē & ob id succinū appellari · Electrū autē uocari fabulosa argumtatio dedit · Namq; ph etonte fulmine icto sorores eius luctu mutatas in arbores p̄ptis lacrimis electrū omib: annis fundere iuxta eridanū amnē · Et electrū appellatū · qm̄ sol uocitat̄ sit elector plurimi poetę dixere ·

C onstat autē eū nēē sucū p̄pti sed pini arboris · Nam accensus tedę nitorē flagrat · Nascit̄ autē in insulis oceani septentrionalis sic gummis densat̄ ut cristallū rigore ut tempore · Ex ea fiunt decoris gratia agrestiū feminarū monilia · Uocari autē a quibusdā arpaga · eo q̄d attritū digitor̄ accepta caloris anima folia paleasq; & uestiū fimbrias rapiat · sic magnes ferrum · Quocumq; autē modo libeat tinguit̄ · Nam anchusę radice coccoq; inficiunt̄ ·

L igurius uocat̄ · q̄d fiat ex urina lincis bestię tempore indurata · Est autē sic & succinū fulua · adtrahens spū folia [illegible] propinquantia ·

## DE PURPUREIS VIIII

I nter purpureas [illegible] gemmas principatū amitistus purpureus est · p mixto uiolatio colore &

quasi rosa & nitor & leniter quasdam flammulas fundens·
Alterum ei genus descendit ad iaquintos· causa nominis
ei asseritur quasi quiddam in purpura illius non ex toto igneum
sed uini colorem habens· Est autem scalpturis facilis· ge
nera ei quinque· Saphirus ceruleus est cum purpura ha
bens pulueres aureos sparsos· Optimus apud medos·
nusquam tamen perlucidus· Iaquintus ex nominis sui
flore uocatur· Hic in ethiopia inuenitur· ceruleum colo
rem habens· optimus qui nec rarus nec densitate optunsus·
sed ex utroque temperamento luce purpuraque refulgens·
Hic autem non rutilat equaliter· Sereno enim perspicuus atque
gratus est· nubilo coram oculis euanescit atque marcescit·
In os missus frigidus est· in scalpturis durissimus nec tamen
inuictus· Nam adamante scribitur & signatur· Iaquin
tizonta indicus est iaquinto prope refferens· Quidam
autem eorum cristalli similis capillamentis intercurrentibus
obscurantur· Ex quo & iam uitio illorum nomen est· Amitistizon
tas appellatur quia ei extremus igniculus in amitisti
uiolam exit· Celidonia ex hirundinum colore uocata·
& duorum est generum· quarum una ex altera parte purpurea
& alia purpurea nigris interuenientibus maculis· Canea
Scithie gemma cerulo coruscans nitore· pura interdum
punctulis intermicantis auratis puluisculis uarians·
Roditis rosea est· & ex eo nomen accepit·

## DE CANDIDIS· X·

Margarita prima candidarum gemmarum· quam inde
margaritam aiunt uocatam quod in cunculis maris hoc genus
lapidum inueniatur· Inest enim in carne concharum calculus natus·
sicut in cerebro piscis lapillus· gignitur autem de celesti que
certo anni tempore conclea hauriunt· Ex quibus margari
tis quidam uniones uocantur· aptum nomen habentes quod
tantum unus numquam duo uel plus simul repperiantur·
Meliores autem candide margarite quam que flauescunt·
Illas enim aut iuuentus aut matutinis horis conceptio red
det candidas· has senectus uel uespertinus aer gignit
obscuras· Pederos secunda est post margaritam candidarum
gemmarum· de qua queritur in quo colore numerari
debeat· tot ensis iactati per alienas pulchritudines no
minis adeo ut decoris prorogatiua uocabulo facta sit
Asterias candida est inclusa construens ut stellam intus
ambulantem reddat· que solis candidi cantes radios·
unde & nomen inuenit· Galactitis lacteus est· qui ad
tritus reddit sucum album ad lactis saporem· Feminis nu
trientibus ligata fecundat ubera· infantium quoque collo
suspensa saliuam facere fertur· in ore autem liquescere
& memoriam adimere· Mittunt eam nilus & agelous
amnes· Sunt qui smaragdum albis uenis circumligatum
galactiten· Galatia smaragdinus & candorem perferret
& figuram· duritiam quoque inuictam ut adamans· & iam in
igne posita manere suum frigus· Solis gemma can
dida est· traxitque nomen quod ad speciem solis in orbe ful
gentis spargit radios· Selenitis translucet candi
do meleoque fulgore continens· lunam imaginem quam
iuxta cursum astri ipsius perhibent in dies singulos mi
nui atque augeri nascitur persidam· Cinedia inuenitur
in cerebro piscis eiusdem nominis candida & oblonga·
tres agare· his fertur magis signa tranquillitatis uel tem
pestatis· Beloculus albicans pupillam cingit nigro ue
medium aureum fulgore lucentem· & propter speciem
assiriorum regi belo dicata· Unde & appellata· Epime
las dicitur cum in candida gemma super nigra color· Unde
& nomen habet· Sabens speciosa & candida qua au
rifices aurum poliunt·

## DE NIGRIS· XI·

Achates reperta primum in sicilia iuxta flumen eiusdem
nominis· postea plurimis in terris· Est autem nigra
habens in medio circulos nigros & albos iunctos
& uariatos similis ematiti· Suffitu earum si creditur
tempestates auertunt· flumina sistunt· absictos ni
gra & ponderosa distincta uenis rubentibus· Hec ex
calefacta igni septem diebus calorem tenet· Egi pulla

nigra ē radice cesulea facie · ex egipto ubi inue-
nitũ uocata · Media nigra ē · a media illa fabulosa in
uenta · habet uenas ęrei coloris · sudorē reddet croci
saporē uini · Uegentana italica gemma ē a ueis re-
perta · nigra facie albis intermicantib notis · Bariet'
nigra ē cũ sanguineis & albis notis · Mesomelas ni
gra uena quelibet colorē secantē p medius uene
ris crinis · nigerrimi nitoris cõtinens in se speciem
rufe crinis · Tricruus ex affrica nigra ē · sed tres su
cus reddet · a radice nigrũ · e medio sanguineũ · é
summo ocre · Dionisia nigra mixtis rubentib no
tis · ex aqua trita uinũ flagrat · & odore suo ebrie
tati resistere putat̃ · Pirites nigra quidē · sed adtri
tũ digitos adurit ·

## DE UARIIS · XII ·

Panerus uarius ex omnib pene colorib cõstans · Unde
& nominat̃ · Olca barbari nominis ex fuluo & ni
gro uiridiq & candido ē · Mitridax sole pcussa co
lorib micat uariis · gignit̃ in psidē · Droselit' ua
riis nominis causa · quia si ad ignē applicet̃ uelut
sudorē mittit · Oppalus distinct' diuersarũ colore
gemmarũ · Est enĩ in eo carbunculi tenuior ignis ·
Amethis fulgens purpura smaragdi nitens uiriditas ·
& cuncta parit̃ sub quadã uarietate lucentia · nom
habet ex patria · sola enĩ eũ parturit india · Ponti
cę a ponto dr̃ · genere diuerso · nc̃ sanguineis · nc̃
auratis guttis micantes · alię habentes stillas · alię
longis colorũ ductib liniatę · Exocitalitis in patria
magnitudine multicolor · unde & uocabuli nom
adoptauit · Tam diuersis enĩ notis sparsũ ē · ut sep
tuaginta gemmarũ colores in paruo orbiculo ei de
phendant̃ · Nascit̃ aũt in libia apud trogoditas ·
Murrena apud parthos gignit̃ · sed pcipua in germania ·
Unde & nom sũpsit · Uarietas ei in purpura candorē
q & ignē cũ quodã colorę repcussis qlis in celesti arcu
spectat̃ · Cui cõtraria causã cristallũ fac gelu uehementio
ri concretum ·

## DE CRISTALLINIS · XIII ·

Cristallus resplendens & aquosus colore · tradit̃ qđ nix
sit glacies durata p annos · unde & nom ei grece de
der̃ · Gignit̃ aũt in asia & cipro · maxime in septentrio
nũ alpib · ubi nec ęstate sol feruentissim' inuenit̃ · Idest qđ
ipsa diutina & annosa duritia reddit hanc speciē · & cristallus
dr̃ · Hic opposit' radiis solis adeo rapit flamã ut aridis fungis
ut foliis ignē pbeat · Usus ei & iã ad pocula destinat̃ · Nihil aũt
aliud quã frigidũ pati po · Adamans indicus lapis paruus &
indecorus · ferrugineũ habens colorē & splendorē cristalli ·
Nũquã aũt ultra magnitudinē nuclei auellanę repperit̃ ·
Hic nulli cedit materię · nec ferro quidē nec igni · nec ũquã
incalescit · Unde & nominis int̃pratione greca indomita
uis accepit · Sed sũpsit inuict' ferri ignisq cõteptor · hircino
rũpit̃ sanguine recenti & calido macerat̃ · sicq magnis ictib
ferri pfrangit̃ · Cui fragmta sculptores gēmis insignandis
forandisq utunt̃ · Magneti aũt si admot' cõphenderint rapit
atq aufert · Fert̃ quoq in electri similitudine uenena dephen
dere · met' uana expellere · maleficiis resistere artib · Genera
ei sex · Galatia grandinũ & candorē & frigora adamanti du
ritię habet · & iã igni posit' manere suũ frigus · Ceraunię
duo genera st̃ · Unũ qđ germania mittit cristalli simile ·
splendet tam ceruleo · & si sub diuo positũ fuerit fulgorē
capit siderũ · Ceraunium alterũ spania in lusitanis litorib
gignit · cũ colore piropo rutilanti & qualitas ut ignis · Hęc
aduersus uim fulgorũ optulari fert̃ si credim' · Dicta aũt cerau
nia qđ alibi ñ inueniatũ quã in loco fulminis ictu pximo ·
grece enĩ fulm ceraunos dr̃ · Iris apud arabiã in mari rubro
nascit̃ coloris cristallini sex angulata · dicta ex argumto iris ·
Nã sub tectu pcussã sole species & coloris arcus celestis in pxi
mos parietes imitat̃ · Astrion ex india ē cristallo ppinqua ·
in cui centro stella lucet fulgore lunę plenę · Sũpsit aũt
nom · qđ astris opposita fulgorē rapit ac tenet · Electria
qsi electoria · In uentriculis enĩ gallinaceis inuenit cris
tallinę specię magnitudine fabella · hac in certaminib
inuictos fieri magi uolunt si credim' · Enhidros ab aqua uocata
exundat enĩ aqua ita ut clausã in eã putes fontaneã scatu
riginē · Carbunculus omnium ardentiũ gēmarũ pncipatũ

habet. Carbunculus autem dicitur quod sit ignitus ut carbo. Cuius fulgur nec nocte uincitur. Lucet enim in tenebris adeo ut flammas ad oculos uibret. Genera eius xii. sunt, sed praestantiores quibus uidentur fulgere. Carbunculus autem grece antrax dicitur. Gignitur in libia apud trogoditas. Antracidis uocatur quod sit et ipse coloris ignei ut carbunculus, sed candida uena praecinctus. Cuius proprium est quod iactatus igni uelut intermortuus extinguitur, et contra aquis perfusus exardescit. Sandasirus nascitur in indis loco eiusdem nominis. Species eius quasi uelut intra lucido igni intus fulgentes aureae guttae constat intus omnes, quantoque numerus stellarum accedit tanto et pretio accedere. Lignis ex eodem genere ardentium est appellata a lucernarum flagrantia. Gignitur in multis locis, sed probatissima apud indos. Quidam eam remissiorem carbunculo esse dixerunt. Huic duplex facies, una quae purpura, alia quae cocci ruboris. A sole excalefacta paleas et cartarum fila ad se rapere dicitur. Sculptoribus resistit, ac si quando sculpta fuerint, dum signa imprimit quasi quodam animali morsu partem cerae retentat. Genera eius iiii. Carcedonia hoc quod et lignis facere dicitur, quamquam multo uilior praedictis. Nascitur apud nassamonas in imbre ut ferunt diuino inuenta ad repercussum lune plene. Omnia autem genera sculpture resistunt. Alabandina ab alabundo asie regione, cui color ad calcedonium sed rarius uadit. Dracontidis ex cerebro draconis eruitur, que nisi uiuenti abscisa fuerit numquam gemmescit. Unde et eam magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim uiri explorant draconum specus et spargunt ibi gramina medicata ad incitandum draconum soporem, atque ita somno sopitis capita desecant et gemmas detrahunt. Sunt autem candore translucido. Usu earum orientis reges praecipue gloriantur. Crisopatus ethiopicus est. Quem lapidem lux celat, prodit obscuritas. Nocte enim igneus est, die aureus. Fulgites ex persida est, ostentans intra se quasi flammas aestuantis. Sirtitis uocata quod in littore sirtium inuenta primum est in parte lucanie. Color huic croceus, intus stellas continens languidas et sub nubila renitentes. Irmiscion inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radios portante secum in extremitatibus candidam lucem. Sunt quaedam gemmarum genera ex specie metallorum ut lapidum cognominata. Crisopis aurum tantum uidetur esse. Crisolitus auro similis est cum marini coloris similitudine. Hunc ethiopia gignit. Chriselectrus similis auro, sed in colorem electri uergens, matutino tantum aspectu iocundus. Rapacissimus ignium, et si iuxta fuerit celerrime ardescens. Chrisolampsis ex auro et igne uocata. Aurea est enim die et noctu ignea. Hanc ethiopia gignit. Ammochrisus arenis auro intermixtus, nec brathearum nec pulueris habet quadrulas. Gignitur in persida. Leochrisus colore aureo interueniente candida uena. Malectrisis dicta quod uelut per aurum ita haec gemma translucet.

Chrisocolla gignitur in india, ubi formicae eruunt aurum. Est autem auro similis et habet naturam magnetis, nisi quod augere aurum traditur, unde et nuncupatur. Argiritis similis argento habens stigmata aurea. Androdama argenti nitorem habet et pene adamans quadrata semper tesseris. Magi putant nomen impositum ab eo quod animorum impetus et iracundias domare et refrenare dicatur, si creditur. Gignitur in mari rubro.

Calcidis aerei coloris est. Calcofani nigra, sed allisa lapidibus aeris tinnitum reddit. Balanites duo genera sunt, subuiridis et corinthie aeris similitudine media intersecante flammea uena. Sideritis a contemplatione ferri nihil dissonat, in maleficiis quo quomodo si inferatur discordias generat. Ideus dactilus ex insula creta est, ferrei coloris, causa nominis est quia pollicem humanum exprimit. Hymilantis in eufrate aluco eligitur. Ethiopicus ferrei coloris est, qui diu territus nigrum emittit. Arabica ex patria dicta, aspectu eburnea est. Effectitis speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quamquam rutilet. Experimentum eius si feruentem aquam statim addita refrigerat, aut si soli opposita arida materia accendat. Nascitur in corido.

Ostracides lapidosus color et testatio durior. Altera achate similis nisi quod achati politur ac pinguescit. Duritie tanta inest ut alie gemme sculpantur fragmentis eius. Glosa petra similis est lingue humane unde et nomen sumpsit. Fertur autem deficiente luna celo cadere, cui non modicam magi tribuunt potestatem.

Nam ex eo lunares motus excitari putant. Sunt et quaedam gemmarum nomina cognominata ab animalibus. Tecites uipereas maculas exprimit. Carcine marini cancri colore est. Scorpitis scorpionem et colore et effigie imitatur. Pauus pauoni est similis. Hieracitis accipitris coloris. Etitis aquile.

Egoptalmus caprino oculo similis. Ligoptalmus quattuor colorum ex rutilo sanguinea in medio nigrum cando cingit ut leporum oculos. Meconites papauer exprimit. Sed et ibi quidam gemmis

gentiles in superstitionibus quibusdam utuntur. Liperea suffita omnes bestias evocare tradunt. Anancitide in ydromantia demonum imagines evocare dicunt. Synochitide umbras inferorum evocatas tenere aiunt. Celonites oculus est indice testudinis varius et purpureus. Hunc magi inpositum lingue futura pronuntiare fingunt. Borontia a capite testudinum et onitribus cadi putatur et restringere fulminis ictum. Ienia lapis in oculis genus bestie invenitur. qui si sub lingua hominis subditus fuerit futura eum predicere dicunt.

Sed et corallius tempestati et grandini resistere fertur. Pontica et gemma quedam libore perlucida habens stillas rubeas interdum et aureas. dicunt per eam interrogare demones et fugare.

In quibusdam gemmarum generibus vera a falsis discernere. Magna difficultas est. quippe cum inventum sit ex utroque genere in alterius in alia falsa transducere. ut sardonices que ternis glutinatur gemmis ita ut deprehendi non possit. Fingunt enim eas in diverso genere. nigro. candido. minioque colore. Nam et pro lapide pretiosissimo smaragdo quidam vitrum arte inficiunt. et fallet oculos subdole quedam falsa viriditas quo adusque non est qui probet simulatum et arguat. sic et ad alia. alio acto pro alio modo neque est sine fraude ulla vita mortalium. Omnes autem non translucidas gemmas cecas appellari.

## DE VITRO.

Vitrum dictum quod in sui perspicuitate translucat. In aliis enim et aliis quicquid intrinsecus continetur absconditur in vitro quelibet liquorum species. qualis exterius talis interius declaratur et quodammodo clausus patet. Cuius origo hec fuit.

In parte Syrie que Fenice vocabatur. finitima Iudee circa radices montis Carmeli paludes est ex qua nascitur Belus amnis qui in milium passuum spatio in mari fluens iuxta Ptolomaidem. cuius arene de torrente fluctus sordibus eluuntur. Hic fama est pulsa nave mercatorum nitricum sparsim per litus parere necessent pro attollendis vasis lapides glebas nitri naves subdiderunt. Quibus accensis permixta arena litoralis translucentis novi liquoris fluxisse rivos. et hanc fuisse originem vitri. Mox iterum ingeniosa sollertia non fuit contenta solo vitro. sed et aliis mixturis hanc artem studuit. Levibus enim aridisque lignis conqueritur aere et cypro ac vitro continuisque fornacibus ut es liquatur. masseque fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis. et aliud flatu figuratur. aliud torno teritur. aliud ardenti modo celatur. Tinguitur et iam multis modis. ita ut iacinthos saphirosque virides imitetur et onices vel aliarum gemmarum colores. Neque est alia speculis aptior materia vel picture accomodatior. Maximus tamen honor in candido vitro. maximaque in cristalli similitudine. Unde et apotando argenti metalla et auri pepulit. Vitrum olim fiebat et in Italia et per Gallias et Spaniam arena alba mollissima pila molaque terebatur dehinc miscebatur tribus partibus nitri pondere vel mensura ac liquata in alias fornaces transfundebatur quae massa vocabatur amonitrum. atque hec recocta fiebat vitrum purum et candidum.

In genere vitri et opsianus lapis adnumeratur. Est autem virens

interdū & niger aliquando & translucidus grossiore visc & inspeculis parietū & ad imaginē umbras redentes gemmas multi ex eo faciunt · Hunc & in india & in italia & ad oceanū in spania nasci tradunt · Ferunt aūt sub tyberio cesare quendā artificē & excogitasse uitri temperamentū · ut flexibile ēēt & ductile quidū admissus fuisset ad cesarē porrexit fialā cesari · Quā ille indignatus in pavimentū piecit · Artifex aūt sustulit fialā de pavimento que cōplicauerat se tāquā vas eneum · Deinde marculū de sinu ptulit & fialā correxit · Hoc facto cesar dixit artifici · Nūqd alius scit hanc conditurā vitrorū · Postquā ille iurans negavit alterū scire · Iussit illū cesar decollari · ne dū hoc cognitū fieret aurū pluto haberet̄ & omniū metallorū p̄tia alius traherent̄ · Et reuera quia si vasa vitrea nō frangerent̄ melius ēēnt quā aurū & argentum ·

XVI · DE METALLIS ·

Metallū dictū grece ΠΑΡΑ ΤΟ ΜΕΤ ΑΛΛΑΝ · qd natura eē sed ubi una apparuerit ibi spes alterius inquirendi sit · Sunt aūt genera metallorū · aurū argentū · aes · electrū · stagnū · plumbū · & qd domat omā ferrū ·

XVII · DE AURO ·

Aurū dictū ab aura · id est ab splendore eo qd repercusso aere plus fulgeat · Unde & virgilius · Discolor unde auri p ramos aura refulsit · hoc ē splendor auri · Naturale enī ē ut metallorū splendor plus fulgeat luce alia repcussus · Hinc & aurare dicti quorū fulgor splendorē reddet · Obrizum aurū dictū · qd abradiet splendorē · Est enī coloris optimi qd hebrei ophir · Greci · ciron uocant · Bra... teruissima lamina ...

ΑΙΤΟ ΥΕ ΤΡ ΙΜ ΙΜΙ ΟΙ

Qui ē · ΟΝ ΟΜΙ ΤΟ ΤΙΟ ΙΙ ΙΥ · crepitandi ΝΝ ΑΠ ΙΑΤΟ ΥΒ · pani inlamina · pecunia prius de pecorib; cqpprietate habebat & nomen · Cario enī pecorīs numini incidebant̄ & signabant̄ · Postea a saturno ereus nūmus inventus · ipse enī signare nūmos & scribi cōstituit · Apecia & herariū saturno agentibus cōsecratū · alii ut superius pecuniā a pecoribus ~~appellauerunt~~ ... ab imitando tunica sunt dicta · Omne enī patrimoniū apud antiquos peculiū dicebat̄ a pecorib; in quib; eorū cōstabat universa substantia · Unde & pecuarius vocabat̄ qui erat dives · Modo uero pecuniosus · Antiquissimi ndū auro argentoq; inuento aere utebant̄ · Nā prius ere a pecunia in usu fuit post argentea · Deinde aurea subsecuta ē sed ab ea que cepit & nom̄ retinuit · Unde & erariū dictū · qa prius es tantū in usu fuit · & ipsū solū recōdebat̄ · auro argentoq; ndū signato · & quorū metallis quā uis postea fuisset facta pecunia · nom̄ tam̄ erariū pmansit · ab eo metallo unde initiū sumpsit ·

Thesaurū iuxta greci ppietatē ausτereos apositione hoc ē a reposito nominat̄ · Nā thisis positio dicit̄ · Et ē nom̄ a greco latinoq; sermone cōpositū · Nam et greci repositū dicunt · Latini aurū · qd iunctū sonat repositū aurū · Auraria nom̄ habet ab auro · Tributa uō eo qd antea p tribus singulas exigebant̄ · sicut nunc p singula territoria · Sic aūt inter es partes divisū fuisse romanū ppłm cōstat ut ea que erat in singulis partib; tribum dicerent̄ · Unde etiā suptos quos dabant ppli tributa nominat̄ · Uectigalia ē tributa a vectio dicta · Stipendiū ab stipendendā nominatū · Antiq̄

enim pecuniam appendere soliti erant magis quam adnumerari. Moneta appellata est quia moneat ne qua fraus in metallo vel in pondere fiat. Numisma est solidus aureus quem nominibus principum effigiisque signatur. Prius numulus argirus nuncupatus est quia primum ex argento percutiebatur. Nummi autem a Numa Romanorum rege vocati sunt qui eos primus apud Latinos imaginibus notavit et titulo nominis sui scripsit. Folles dicuntur a sacco quo conduntur adnumerentur. id quod continet innumis [illegible]

Metalli figura et pondus. Si ex his aliquid defuerit numisma non erit. Tria sunt autem genera argenti et auri et aeris: signatum factum infectum. Signatum est quod in nummis est, factum quod in vasis et signis. Infectum quod in massis quod et grave dicitur id est massa. In notitia autem formatorum metalla ita inveniuntur. Dum enim quacumque causa ardentis silvae ex quo quererint terramque calefactis venis fundit rivos cuiuscumque structurae. Sive igitur aes illud fuerat sive aurum cum in loca terre depressiora decurrerit suscepit figuram in quam illud vel profluens rivus vel excipiens lacuna formaverat. Quarum rerum splendore capti homines cum ligatas attollerent massas videre in ea terre vestigia figurata. Hincque ex eo cogitaverunt liquefacta ad omnem formam posse deduci. XVIII. DE AR GENTO

Argentum non longe a greca appellatione distat. Hoc enim illi argirum vocant. Cui mirum in modum illud dum candidum sed inpressum corpori lineas nigras reddit. Argentum vivum dictum quod excidat materias in quibus intinctum. hoc et liquidum quia percurrit invenitur in metallis specialiter sive in argentariis fornacibus guttatim e secretione tectis inherens. Sepe etiam et in stercore vetustissimo cloacarum vel puteorum limo. fit etiam et ex minio et inposito caliculo ferreo ferrea testa superposita testa circum lito vasculo. Dehinc carbones sic argentum vivum ex minio distillat. Sine hoc neque argento neque aes inaurari potest. Tanta autem virtutis est ut si semper sextario argenti vivi centenarium saxi super ponas honeris statim resistit. Si vero auri scrupulum leviter et rapit sinu recipere. Ex quo intellegitur non ponderis sed naturae esse cui cedit. Servatur autem melius in vitreis vasculis. Nam ceteras materias perforat. Potui autem datum interficit a ponderis causa. Argenti purgamenta lythargiros quam nos spumam argenti appellamus. fit enim ex argento et plumbo mixta. XVIIII. DE AERE.

Aes ab splendore aeris vocatum sic aurum et argentum. Apud antiquos autem priorem aeri quam ferri cognitus usus. Aere quippe primi proscindebant terram aere certamina belli gerebant. Eratque in pretio magis aes. Aurum vero et argentum propter inutilitatem reiciebantur. Nunc versa vice iacet aes aurum summo cessit honore; sic volvenda etas commutat tempore rerum. Et quod fuit nullo honore denique usus aeris postea transit in simulacris in vasis in edificiorum structuris maxime et [illegible] monumentorum et publice [illegible] scriptis. Cyprium est [illegible] pro insola [illegible] repertum est. Unde et vocatum. Factum ex lapide eroso quem cathmiam vocant et est ductile. Huic si addatur plumbum colore purpureo fit. Auricalcum quod et splendorem auri et duriciam aeris est. Autem nomen compositum ex lingua latina et greca. aes enim sermone grecorum calco vocatur. Fit autem ex aere et igne multo ac medicaminibus perducitur ad auri colorem. Corinthium est commixtio omnium metallorum quam casus primum miscuit corinthum cum caperet incensa. Nam dum hanc civitatem cepisset omnes statuas eneas et aureas et argenteas incendit. palta ex hac commixtione fabri sustulerunt et fecerunt pa sic corinthia nata sunt ex omnibus in unum nec hoc nec illud. Unde usque in hodiernum diem sive

expso sive excitatione ēt æs corinthiū t corinthea
genera candidū unū ad argenti nitorē accedens
alterū in quo ipsius auri fulva natura ē. Tertiū
in quo equalis cuctor(um) temperies coronariū & duc
tile ære tenuat in laminas tauror(um)q; felle tinc
tū speciē auri in coronis histrionū prebet. unde
& appellatū. Pyropū ignes color. vocavit nāq;
in singulas uncias æris additi auri scripuli se
mis ptenui brattea igniscit flāmasq; imitat.
unde & pirropū dictū. Regulare dr quo ab aliis duc
tile appellat qualit omniū cyprīū ē. Ductile
aū dr eo qd malle pducat sic ē tra fusile qui
tantū fundit. Nā molle æs fragile ē. Si qd ē
molle ē diligentius purgati igne vitiis ex
coctisq; regulare efficit. Campanū quoq; int
genera æris vocat a Campania scilicet pvincia que
ē in italie partib; utensilius & uasis omnib; p
batissimū. Aes omē frigore magno melius fundit.
Aes rubrigine celerius cotrahit nisi oleo pungu
at. Servari aū ad optime & iā in liquida pice
tradunt in tomia metalla ē s vocalissimū ē. &
maxime potestatis ideo & enea lumina. Unde
& virgilius in colloriib; cardos scribeba eneis.
Origo aeris cathmia & calx & heus purgamenta
æris & origo & eri flos cathmia gignit in me
tallor(um) æris atq; argenti fornacib; insidente
nitore nāq; ut ipse lapis ex quo fit cathmia
vocat. Sic rursus in fornacib; excitit & nomi
nis sui origine recepit. Aeris flos fit seu gig
nit ē fractionib; resoluto atq; reliquato ere
sup fossa frigida repentina eni densione tā
quā despuito reparatus flos aerugine q̄q; ē
crescat. Nā lamine æree sup vas aceti asprimis
armicis sup positos atq; ita distillantib; qd ex
eeco cecidit in ipsū acetū æret & scribat.

DE FERRO.

Ferrū dictū qd farra .xx.
id ē semina frugū tre cdeat id ē & calyps a ā a
calibe flumine ubi ferrū optimatie tēperat.
Unde & abusive dr calips ipsa materies ut vul
nificusq; calips ferri usus post aliā & alla repe
ē. Cuius eversa in obpbriū species. Nā unde
prius tellus tractabat. inde modo cruor ef
fundit. Nullū aū corp tā densis int se coe
untib; & implicitis elemtis quā ferrū. unde
inē illi duritiā cū frigore. Ferri aut metal
lo pene ubiq; repperit. Sed ex omnib; gene
rib; palmas erigo ferri dat. Seres enī cū vesti
bus suis pellibusq; mittunt sed a parthico ne
qualia genera ferri sed ex mera atie tepe
rat. Ceteris aū admiscet mollior cōplexus.
Differentia ferri plurima inta tre genus.
Nā aliud molle plūboq; vicino rotarū & cla
uor(um) usib; aptū. aliud fragile & herosū cul
ture tre cuemens. aut brevitate sola pla
cens clavisq; galigariis. aliud rubiginē cele
rius sentit strictura vocat. Hec omis qd
n̄ aliis metallis adstringenda apte vocabu
lū inpositū. Aquarū vero sūma differentia
ē quib ferrū candens inmergit. quo utilius
sic birbilis in spania & chira sona. Comus in i
talia macuendo oleo delectatior fit acies.
Unde & tenuiora ferramta oleo restingui
mos ē. ne aqua in fragilitate durent. Ferre
sa sanguis humanus sere ulciscit. contactus
nāq; celerius rubiginē trahit cū ferro mag
nus lapis ē cordiā habet. Sola enī hec mate
ria vim ab hoc lapide accepit. Retinetq;
longo tēpore ex eodē lapide architectus
quidā alexandrie tēplū ccameravit.
Unde in eo simulacrū ferreū in aere pendere
videt. Ferrū accensū ignis duret ictib; cor
rūpit rubens n̄ē abile ad tundendū neq;
ante quā albiscere incipiat acetū t alu
mine inclitū ferrū fit ære simile. purga

mta ferri & rubigo & scoria. Rubigine vitium rodens ferrum t segetis quasi rubigo mutata una littera. hec & erugo ab erodendo. Nam erugo vitium est ferri ab erodendo dicta non ab eramento. Scoria uero purgamenta & sordes sunt que igne excoquuntur. & dicta scoria quod de ferro excutitur. Rubigine autem caret ferrum si cerosa & gipso & liquida pice pungitur. Item rubigo ferramenta non nuttat si eadem medulla cervina t cerosa mixta rosaceo ungitur. XXI.

DE PLUMBO.

Plumbum dictum quod ex eo primus pilis factis maris altitudo temptata est huius duo genera sunt. Nigrum & candidum. sed melius candidum quod prius in insulis athlanticis maris inventum est. Siquidem & in lusitania & in gallicia gignitur summa terra arenosa & coloris nigri & pondere gravis inveniunt. & minuta calculi maxime & orrentibus siccatis lavant eas arenas & quod subsidunt coquunt in fornacibus inveniuntur & in aurariis metallis aqua missa calculi nigri & gravis. Et dum aurum colligitur cum eo remanent. Postea separati conflantur & in plumbum alium resolvuntur. inde & eadem gradas plumboque auro. Nigrum plumbum circa cantabria abundat. cui origo duplex est. aut enim solus in sua vena prodit aut cum argento nascitur mixtusque venis conflatur. huius primus in fornacibus liquor factum est. Secundum argentum quod remanet sup addita rursusque conflata fit nigrum plumbum in india neque aes neque plumbum habet. gemmis tantum & margaritis hec permutat. Nigrum plumbum fistulas laminasque utimur laboriosius in ispania & gallia eruitur plumbum. Nam in brittania summo tercorio. XXII.

DE STAGNO.

Stagnum ex chimo logia. ΑΠΤ ΟΧΕΩ ΠΙΘ ΩΝ. idem separans & secernens. mixta enim & adulterata in se pigne metalla dissociat & ab auro & ab argento aes plumboque secernit alia quoque metalla ab igne defendit. & cum sit natura aeris ferrique durissima si absque stagno fuerit urit & cremat. Stagnum in lectu aeris vasis saporem facit gratiorem & compescit virus eruginis. Specula etiam ex ea temperat. cerussam quoque ex eo sicut ex plumbo efficit. XXIII.

DE ELECTRO.

Electrum vocatum quod ad radium solis clarius auro argentoque relucet. Sol enim apo acis electro vocatur. Defectius est enim hoc metallum omnibus metallis. Huius genera tria. Unum quod ex pinus arboribus fluit quod sucinum dicitur. aliud metallum quod naturaliter invenitur & in pretio habetur. Tercium quod fit de tribus partibus auri & argenti una quas partes invenies. Unde nihil interest natum an factum utrumque enim eiusdem nature esse electrum quod est naturale eiusmodi. Natura est ut in convivio & ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat & venenum prodit. Nam si eo infundas venenum stridorem edit & colores varios in modum arcus celestis emittit.

XXIIII. DE PONDERIBUS.

Ponderum ac mensurarum iuvat cognoscere modum. Nam mensura omnia corporalia sic scriptum est. a summis usque ad ima in mensura & numero & pondere disposita sunt atque formata. Cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit suum quoque regit omnia. Pondus prius legitur moyses invenisse primum fit onargivus ponderum ratione ingrecia constituit. Et licet alii antiquiores extiterint sed ista ac arte experientio fuit. Pondus dictum eo quod in statere librarum pendeat hinc & pensum. Abusive autem pondus libra una est. Unde & iam dipodius dictus est. quasi duo pondera quod nomen adhuc in usu retinet. Trutina est gemina ponderum lancis equale examine pendens

